6. *Casilino*] nach dem Sprachgebr. des Liv. wäre *a Casilino* gewöhnlicher gewesen, da er zu den Städtenamen die Präp. *a* oder *ab* auch da fast immer hinzusetzt, wo nicht nur von der Umgegend einer Stadt die Rede ist; indessen fehlt es nicht an Beispielen für den blossen Abl.

molientem] s. zu 11, 17.

7. *exciverunt*] in der Bedeutung 'abrufen' wird dies Verbum mit *a* construiert, z. B. 3, 2, 7 *periculum consulens ab urbe excivit*, in der Bed. 'herausrufen' (aufscheuchen, entfernen) mit *ex* oder dem blossen Abl., z. B. 33, 5, 2 *castris exciti repente pedites*; an uns. St. finden sich beide Constructionen vereinigt. Absolut 32, 3 vom 'Aufgebot' der Soldaten.

8. *tria praetoria erecta*] = *trina castra posita*.

excitant] 'errichten', eig. aus dem Boden heraus in die Höhe treiben; so bei Liv. *excitare aggerem, moenia, turrem*, z. B. 23, 37, 2 *turrem ex ipso muro excitavit*.

9. *prohibentibus*] = *qui prohibebant*: Impf. de conatu; vgl. 11, 3.

portis se contineret] *se continere* wird häufiger mit dem blossen Abl. als mit *in* construiert, = 'sich hinter Thor u. Mauer halten'; vgl. 24, 17, 8 *Poenus castris se tenuit*.

10. *continuarentur*] *continuarere* ist = 'zusammenhängend, fortlaufend machen', also das Pass. = 'Zusammenhang bekommen'. Hierzu ist *inter se* zu denken, wie überhaupt die passiven Verbalformen zuweilen reciprok zu fassen sind; so in dieser auch 23, 17, 5 angewandten Verbindung *continuantur opera* = sie schliessen sich an einander an, 'bilden ein fortlaufendes Ganzes'. 27, 17, 5 *priusquam iungerentur exercitus* sich 'mit einander' vereinigten u. a. m. Zu ergänzen ist an uns. St. der Dat. *operibus* nach 1, 44, 4 *aedificia moeni-*

rentur desertam ab eo Capuam ac prope redditam Romanis
 obtestarenturque, ut tunc saltem opem non circumsessis modo
 11 sed etiam circumvallatis ferret. consulibus litterae a P. Cor-
 nelio praetore missae, ut priusquam clauderent Capuam ope-
 ribus, potestatem Campanis facerent, ut qui eorum vellent,
 12 exirent a Capua suasque res secum ferrent. liberos fore sua-
 que omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent; post eam
 diem quique exissent quique ibi mansissent, hostium futuros
 13 numero. ea pronuntiata Campanis atque ita spreta, ut ultro
 14 contumelias dicerent minarenturque. Hannibal ab Herdonea
 Tarentum duxerat legiones spe aut vi aut dolo arcis Taren-
 tinae potiundae; quod ubi parum processit, ad Brundisium
 15 flexit iter prodi id oppidum ratus. ibi quoque cum frustra
 tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt querentes
 simul orantesque. quibus Hannibal magnifice respondit et
 antea se solvisse obsidionem et nunc adventum suum consules
 16 non laturus. cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam
 iam duplici fossa valloque cinctam potuerunt.
 23 Cum maxime Capua circumvallaretur, Syracusarum op-
 pugnatio ad finem venit praeterquam vi ac virtute ducis exer-

bus continuantur = werden mit den Mauern in Verbindung gesetzt, an sie angeschlossen (angebaut).

prope redditam] wie etwas, aus dem er sich nichts mehr mache, habe er Capua den Römern, gleichsam ein früher entrissenes Besitzthum dem Beraubten zurückgegeben.

11. *a praetore missae*] nämlich *ex senatus consulto*; s. zu 41, 8.

potestatem facerent ut] Construction wie nach *permittere*; vgl. 25, 10.

exirent a Capua] wie Liv. abweichend von Cic. die Städtenamen vorwiegend mit den Präp. *a* und *ab* verbindet (s. zu § 6), so hat er diesen Gebrauch selbst dann festgehalten, wenn ein mit *ex* zusammengesetztes Verbum hinzutritt; vgl. 21, 13, 7 *ab Sagunto exire*. 23, 18, 14 *a Capua exire*; anders ist 24, 40, 11 *ab urbe egressus* = aus 'dem Bereich' der Stadt, denn sonst sagt Liv. stets *urbe egredi*.

12. *quique . . quique*] durch zweifaches *que* verbindet Liv. Relativa (z. B. 22, 26, 5 *quique Romae quique in exercitu erant*), Sallust auch andere Wörter; doch ist das erste stets ein Pronomen (z. B. Iug. 10, 2 *meque regnumque meum*). Der Ge-

brauch ist den Dichtern entlehnt und findet sich bei Cic. und Caes. nicht.

13. *hostium numero*] vgl. 22, 59, 14 *hospitum numero captivos habuit*, deutsch 'als, wie'; so wird *numero* mit persönlichem Gen. verbunden, *loco* auch mit einem sachlichen.

14. *legiones*] Liv. gebraucht sehr häufig Ausdrücke des Heerwesens u. a. von den Karthagern, die nur für römische Verhältnisse passen; so 23, 14 *tribus* 'Bezirk'. 25, 4 u. a.

prodi] das Praesens statt des Fut., welches man erwartete, drückt die sichere Zuversicht aus; eben so 29, 8.

15. *magnifice*] 'prahlerisch' = *verbis magnificis* (37, 10, 2) mit 'hochtönenden' Worten.

23—31, 12. Belagerung und Eroberung von Syrakus.

23, 1. *cum maxime*] 'gerade als'.

praeterquam] adverbial 'ausser', so dass sich *praeterquam* — *etiam* wie *non modo* — *sed etiam* entsprechen; vgl. 26, 13, 14 *contumelias effugere morte praeterquam honesta, etiam leni possum*. Häufiger setzt Liv. *praeterquam quod* mit einem vollen Satz.

vi ac virtute] eine häufige Zusammenstellung (mit Allitteration;

citique, intestina etiam prodicione adiuta. namque Marcellus 2
 initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et
 Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret,
 quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri 3
 ac maritimo situ urbem nec fame, ut quam prope liberi a Car-
 thagine commeatus alerent, tamen ne quid inexpertum relin- 4
 queret, transfugas Syracusanos — erant autem apud Romanos
 aliqui nobilissimi viri inter defectionem ab Romanis, quia ab
 novis consiliis abhorrebant, pulsati — conloquiis suae partis
 temptare hominum animos iussit et fidem dare, si traditae fo- 5
 rent Syracusae, liberos eos ac suis legibus victuros esse. non
 erat conloqui copia, quia multorum animi suspecti omnium
 curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum.
 servus unus exulum pro transfuga intromissus in urbem con- 6
 ventis paucis initium conloquendi de tali re fecit. deinde in
 piscatoria quidam nave retibus operti circumvectique ita ad
 castra Romana conlocutique cum transfugis, et iidem saepius
 eodem modo et alii atque alii; postremo ad octoginta facti,
 et cum iam composita omnia ad prodicionem essent, indicio 7
 delato ad Epiciden per Attalum quendam, indignantem sibi

s. zu 4, 10); seltener in anderem Casus und in anderer Folge, wie 38, 10. 21, 41, 17 *vis virtusque*.

2. *obsidione premeret*] 'weiter' eingeschlossen halten sollte: womit angedeutet wird, dass M. daran gedacht hat von seinem Vorhaben, als einem fruchtlosen, ganz abzulassen.

3. *inexpugnabilem*] hierin liegt eine Begründung zu *vi* (= *ut quae inexpugnabilis esset*), wie in dem Satz *ut quam . . alerent zu fame*.

ut quam] s. zu 13, 14.

a Carthagine] wegen der Stellung s. zu 9, 2.

4. *ab Romanis*] mit *defectionem* zu verbinden, nicht mit *pulsati*, welches = *urbe expulsi* ist.

forent] = *essent*, oft bei Liv., z. B. 24, 8. 26, 6. 37, 12; die Form ist vom Stamm *fu* gebildet (s. zu 12, 6) und lautet ursprünglich *fu-rem*, wie *ama-rem* u. a.

5. *converterant*] nämli. *in se*, wobei das Zeugma (man erwartete etwa *curam stimulaverant*, wie 13, 7, wovon der Satz *ne . . falleret* abhängig ist) und die Ungenauigkeit zu beachten ist, die in der Verbindung *animi oculos (in se) conv.* liegt.

Die Auslassung des Reflexivpron. (im Dat. oder mit Präp.) ist im Lat. nicht selten, z. B. 24, 26, 1 *Zoippus consciverat exilium, n. sibi*. 25, 36, 15 *apud civis partem doloris . . publica trahebat clades, n. ad se*: zog zu sich hin, 'nahm für sich in Anspruch'. Häufiger werden transitive Verba dadurch intransitiv, dass ein bestimmtes Object oder *se* zu ergänzen ist; oft so *movere* (9, 8), *vertere* (40, 2); vgl. 3, 10, 6 *ut nihil odor (carnis) mutaret* 'sich veränderte'. 5, 25, 6 *praeda rerum moventium* 'beweglicher' Sachen, eigentlich = *se moventium* u. a. m. *falleret*] s. zu 9, 2.

admissum] = *commissum*; vgl. 2, 37, 3 *non admissum quicquam ab iis criminatum venio, sed cautum, ne admittant*.

6. *unus exulum*] so nicht selten bei Liv., doch häufiger, wie bei Cicero, mit *ex*; s. § 11. 6, 1. 25, 3. 30, 2. *circumvectique*] nämli. um Achradina herum, da Marcellus sein Lager im Norden bei dem Hexapylon hatte. Zu den drei Participien ist *sunt* zu denken.

7. *Epiciden*] nebst Hippokrates (der nach § 2 jetzt mit Himilko

8 rem creditam non esse, necati omnes cum cruciati sunt. alia
 subinde spes, postquam haec vana evaserat, exceptit. Damippus
 quidam Lacedaemonius, missus ab Syracusis ad Philippum
 9 regem, captus ab Romanis navibus erat. huius utique redi-
 mendi et Epicydae cura erat ingens, nec abnuvit Marcellus iam
 tum Aetolorum, quibus socii Lacedaemonii erant, amicitiam
 10 adfectantibus Romanis. ad conloquium de redemptione eius
 missis medius maxime atque utrisque opportunus locus ad
 portum Trogilorum propter turrim, quam vocant Galeagram,
 11 est visus. quo cum saepius commearent, unus ex Romanis ex
 propinquo murum contemplans, numerando lapides aestimando-
 12 que ipse secum, quid in fronte paterent singuli, altitudinem
 muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus humi-
 lioremque aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium
 ratus esse et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum
 13 rem defert. haud spernenda visa. sed cum adiri locus, quia
 ob id ipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quae-
 14 rebatur; quam obtulit transfuga nuntians diem festum Dianae
 per triduum agi, et quia alia in obsidione desint, vino largius
 epulas celebrari et ab Epicyde praebito universae plebei et per

beim karthagischen Heere ist) Haupt der punischen Partei in Syrakus, welche die Macht in Händen hat.

8. *exceptit*] absolut = 'stellte sich in der Folge ein, folgte unmittelbar'; sonst gewöhnlich mit Obj., wie 5, 42, 6 *nox diem exceptit* 'nahm ihn auf = folgte auf ihn'.

ab Romanis navibus] weil das *capere* nicht von den Schiffen, sondern von den Leuten auf denselben ausgeübt wird.

9. *adfectantibus*] verstärktes *appetere*; vgl. 24, 25, 5 *nequiquam palam petitum regnum clam adfectare conatus est*.

10. *medius maxime*] *maxime* (wie auch *utrisque*) gehört zu beiden Adj. = 'gerade' in der Mitte 'und darum' . . . am geeignetsten.

portum Trogilorum] kein eigentlicher Hafen der Stadt; Thukydides nennt die Bucht *Τρώγίλος*.

11. *ex propinquo*] s. zu 16, 2.

ipse] gehört zu dem in dem Gerundium *aestimando* liegenden logischen Subject, als wenn gesagt wäre *cum aestimaret ipse secum*. Dieser grammatisch unerklärbare Sprachgebrauch findet sich seit Liv. häufiger bei *ipse*, *quisque* und Zahl-

ausdrücken; vgl. 24, 4, 9 *deponendoque tutelam ipse, quae cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit*.

paterent] nämlich *in altitudinem*, wie der Zusammenhang ergibt, also = 'wie hoch sie wären'.

12. *quantum proxime poterat*] nämlich *permetiri*; gewöhnlicher sagt Liv. *quam* mit dem Sup. = so nahe (der Wirklichkeit), d. h. so 'genau', als er sie *coniectura* ausmessen konnte. *aliquanto*] s. zu 31, 5.

superabilem] nur hier bei Liv., häufiger das Verbum, wie 5, 8, 10 *superatas munitiones, utrimque inveni hostem nuntiatum*; von Schiffen 30, 25, 5 *quinqueremem superantem promunturium repente adgressae sunt*.

14. *diem festum Dianae*] 'das' Fest der Diana, welche in Syrakus vorzugsweise verehrt wurde, weil die Insel Ortygia (wo die erste Ansiedelung stattgefunden hatte) von einem Beinamen der Diana ihre Benennung erhalten hatte. Dort stand ein uraltes Heiligthum dieser Göttin.

largius] man erwartete eher *vino largiore* = durch reichlicheren 'Weingenuss'; doch besagt jenes *largius celebrari* dasselbe.

tribus a principibus diviso. id ubi accepit Marcellus, cum 15
 paucis tribunorum militum conlocutus electisque per eos ad
 rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus mili-
 tibusque et scalis in occulto comparatis ceteris signum dari
 iubet, ut mature corpora curarent quietique darent: nocte in
 expeditionem eundum esse. inde ubi id temporis visum, quo 16
de die epulatis iam vini satias principiumque somni esset, signi
 unius milites ferre scalas iussit; et ad mille fere armati tenui
 agmine per silentium eo deducti. ubi sine strepitu ac tumultu 17
 primi evaserunt in murum, secuti ordine alii, cum priorum
 audacia dubiis etiam animum faceret. iam mille armatorum 24
 ceperant partem *urbis*, cum ceterae admotae *sunt copiae*, pluri-
 busque scalis in murum evadebant signo ab hexapylo dato,
 quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna 2
 pars in turribus epulati aut sopiti vino erant aut semigraves
 potabant. paucos tamen eorum *inproviso oppressos* in cubilibus
 interfecerunt. prope hexapylon est portula; *ea magna vi re-* 3
 fringi coepta et e muro ex composito tuba datum signum erat,

tribus] s. zu 22, 14.

15. *agendam audendamque*] s. zu 16, 19.

in occulto] s. zu 16, 2.

signum dari iubet, ut] vgl. 9, 32, 4 *tesseram dari iubet, ut prandeat miles firmatisque cibo viribus arma capiat.*

16. *de die*] eben so 23, 8, 6 *epulari coeperunt de die*, eig. '(mitten) im Verlauf des Tages', im Gegensatz zu der gewöhnlichen Hauptmahlzeit, welche um 3 oder 4 Uhr Nachmittags stattfand. So erhält jenes *de die* die Bed. von 'früh am Tage, frühzeitig'; es war eine *cena tempestiva* oder ein *convivium tempestivum* (Cic. Cat. m. 46). Anders ist 25, 4 *diem de die* 'einen Tag nach dem andern' (eben so 5, 48, 6), wofür Cic. und Caes. *diem ex die* sagen.

satias] dichterischer Ausdruck statt *satietas*, welches letztere auch Liv. gewöhnlich anwendet.

esset] 'sein musste'; eigentlich aber ist *quo* = 'dass an ihm' (dem Zeitpunkte) . . .

ad mille fere armati] gewöhnlicher sagt Liv. *ad mille f. armatos*, doch wird bei ihm, wie bei den andern Historikern, *ad* oft rein wie ein Adverbium hinzugesetzt.

eo] näml. an den § 10 u. 13 an-

gedeuteten Punkt, wo die Mauer erstiegen werden soll.

24, 1. *mille armatorum*] 'die' *mille armati* von 23, 16. Bei Liv. wird *mille* oft als Subst. gebraucht und mit einem Gen. verbunden, selbst mit einem Prädikat im Singular, wie 24, 41, 10 *plus mille hominum captum*. So schon bei Cicero, z. B. p. Mil. 53.

pluribusque . . evadebant] *que* = 'und nun', den Fortgang der Erzählung ausdrückend; *evadebant* ist nicht mehr von *cum* abhängig.

2. *per ingentem solitudinem*] 'ohne einem Menschen zu begegnen'.

magna pars] ist Apposition zu dem Subj. von *sopiti erant* und *potabant*; dies Subj. ist aber aus *solitudo* (Menschenleere) zu entnehmen; also: 'weil diese, nachdem sie getafelt hatten, grösstentheils . . .'

semigraves] ein *ἀπ. εἶδος* im Latein, wie andere mit *semi* zusammengesetzte Wörter, z. B. *semiaper-tus* (26, 39, 22), *semicubitalis*, *semigermanus* (21, 38, 8) u. a. Auch *semiplenus* (30, 10) hat Liv. nur einmal angewandt.

paucos] 'nur' wenige.

inproviso] s. zu 9, 11.

3. *erat*] gehört auch zu *coepta*; *et iam* = 'und so' bereits.

4 et iam undique non furtim, sed vi aperte gerebatur res. quippe
 ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat, ter-
 5 rendique magis hostes erant quam fallendi, sicut territi sunt.
 nam simul ac tubarum est auditus cantus clamorque tenentium
 6 muros partemque urbis, omnia teneri custodes *rati* alii per
 murum fugere, alii salire de muro praecipitarique turba pavent-
 7 tium. magna pars tamen ignara tanti mali erat et gravatis
 omnibus vino somnoque et in vastae magnitudinis urbe par-
 8 tium sensu non satis pertinente in omnia. sub lucem hexa-
 pylo effracto Marcellus omnibus copiis urbem ingressus exci-
 9 tavit convertitque omnes ad arma capienda opemque, si quam
 possent, iam captae prope urbi ferendam. Epicydes ab Insula,
 quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine, haud dubius,
 quin paucos per negligentiam custodum transgressos murum
 10 expulsurus foret, occurrentibus pavidis tumultum augere eos
 dictitans et maiora ac terribiora vero adferre, postquam con-
 spexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tantum
 hoste paucis missilibus retro in Achradinam agmen convertit,
 non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua
 11 intestina fraus per occasionem oreretur, clausasque inter tu-
 multum Achradinae atque Insulae inveniret portas. Marcellus
 ut moenia ingressus ex superioribus locis urbem omnium ferme
 illa tempestate pulcherrimam subiectam oculis vidit, inlaci-

4. *frequentem custodiis*] weil dieser Stadttheil wenig bevölkert und nicht mit Gebäuden ausgefüllt war (25, 5). Derselbe war zwar von Natur sehr gesichert, aber der Umfang der Mauern war so gross, dass viele Posten nothwendig wurden. *sicut*] 'wie auch wirklich'.

5. *per murum*] die Mauer entlang, nach Westen zu, weil die östlichen Theile der nördlichen Mauer in der Gewalt der Römer waren.

praecipitari] s. zu 16, 15.

6. *magna pars*] der Einwohner überhaupt.

vastae magnitudinis] der Umfang der gesammten Mauern betrug ungefähr $4\frac{1}{2}$ geograph. Meilen.

partium sensu n. s. pertinente in omnia] eig. da die Empfindung einzelner Theile sich nicht auf alles (alle Theile) erstreckte, d. h. 'da das, was in einzelnen Theilen vorgeht, sich nicht über das Ganze verbreitete, nicht überall bekannt wurde'.

7. *sub lucem*] s. zu 41, 3.

9. *dictitans*] die lange Periode § 8—10 müssen wir in zwei Theile zerlegen, indem wir *dictitans* zum Verb. fin. machen und dann mit 'nachdem aber' (*postquam*) fortfahren.

vero] Abl. compar., bei *maior* und *minor* mehrfach bei Liv., z. B. 27, 44, 10 *maiora vero praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in deteriora inclinatio, ducebant.*

circa Epipolas] 'in E. umher', wie *circa* oft gebraucht wird.

in Achradinam] Liv. setzt zu den Stadttheilen gewöhnlich die Präp. hinzu, doch nicht immer; s. § 15, 30, 4.

11. *omnium ferme pulcherrimam*] vgl. 29, 5 und Cic. in Verr. 4, 117: *urbem Syracusas maximam esse Graecarum, pulcherrimam omnium saepe audistis: est, indices, ita, ut dicitur; nam et situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari praeclearo ad aspectum.*

illa tempestate] alterthümlicher Ausdruck = *illis temporibus*; eben

masse dicitur partim gaudio tantae perpetratae rei, partim
 vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersae et duo
 ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus delati occur-
 rebant et tot bella cum Carthaginensibus tanto cum discrimi-
 mine gesta, tot tam opulenti tyranni regesque, praeter ceteros
 Hiero cum recentissimae memoriae rex, tum ante omnia, quae
 virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Roma-
 num insignis: ea cum universa occurrerent animo, subiretque
 cogitatio iam illa momento horae arsura omnia et ad cineres
 reditura, priusquam signa Achradinam admoveret, praemittit
 Syracusanos, qui intra praesidia Romana, ut ante dictum est,
 fuerant, ut adloquio leni impellerent hostis ad dedendam urbem.

Tenebant Achradinae portas murosque maxime transfugae,
 quibus nulla erat per condiciones veniae spes; ei nec adire
 muros nec adloqui quemquam passi. itaque Marcellus, post-
 quam inceptum inritum fuit, ad Euryalum signa referri iussit.
 tumulus est in extrema parte urbis aversus a mari viaeque
 imminens ferenti in agros mediterraneaue insulae, percom-
 mode situs ad commeatus excipiendos. praecerat huic arci
 Philodemus Argivus ab Epicycide impositus; ad quem missus a

so 26, 11, 8 *templum ea tempestate inclutum*. Anders 22, 56, 4 *nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat*: 'in jener schweren (stürmischen) Zeit'.

inlacrimasse] wird sonst mit dem Dat. der Sache verbunden, die man beweint; doch findet sich das Wort absolut auch bei Cic. Cat. m. 27 (*Milo*) *aspexisse lacertos suos dicitur inlacrimansque dixisse*.

12. *duobus ducibus*] Nikias und Demosthenes.

occurrerant] nämlich *animo*, wie § 14.

13. *tot tam*] *tam* ist ein rhetorischer Zusatz zur Hervorhebung des Adjectivbegriffs, wozu auch der Superl. ausgereicht hätte, wie im Vorhergehenden *tot bella tanto cum discrimine gesta*; vgl. 37, 13.

fortunaque sua] so steht *sua* auch in Beziehung zu einem obliquen Casus (*ei*), weil der Sinn des Satzes ist *quae a fortuna sua habebat*; so bei Liv. nicht selten, z. B. 14, 7. 35, 42, 8 *cui (Hannibali) mille in dies nova consilia vel fortuna sua vel ingenium posset facere*.

14. *momento horae*] 'im Augenblick', wie 28, 9, wofür Liv. auch

das blosse *momento* gebraucht (28, 6, 4) oder *momento temporis* (25, 14, 10) oder, was bei Cic. das gewöhnliche ist, *puncto temporis* (3, 27, 7); Caesar: *vestigio temporis* (z. B. BC 2, 26, 2).

15. *intra praesidia Romana e.*] eig. in römischen Garnisonplätzen sein, dann so viel als 'zu den r. Besatzungen gehören', hier = *in castris R.*; vgl. 23, 4. 31, 3. 6. 8. Aehnlich *in praesidiis esse* (oft bei Liv.; vgl. Cic. p. Sex. Rosc. 126: *in Sullae praesidiis fuit*).

25, 1. *per condiciones*] d. h. mochten die Bedingungen der Uebergabe sein, welche sie wollten, die *transfugae* hatten keine Aussicht, dass ihnen in denselben Begnadigung zugesichert würde.

quemquam] ist Obj. zu *adloqui*; der Subjectsaccusativ ergänzt sich aus 24, 15.

2. *postquam . . inritum fuit*] nachdem 'er . . gescheitert sah'.

viae imminens] 'stösst an die Strasse, liegt an ihr' (u. 'beherrscht' sie); vgl. 24, 7, 3 *liberas aedis coniurati imminentes viae angustae sumpserunt*.

mediterranea] s. zu 13, 14.

Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset, rettulit Marcello tempus eum ad deliberandum sumpsisse. cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse, Marcellus ut Euryalum neque tradi neque capi vidit posse, inter Neapolim et Tycham — nomina ea partium urbis et instar urbium sunt — posuit castra timens, ne si frequentia intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus praedae non posset. legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur. de quorum precibus quam postulatis magis consilio habito Marcellus ex omnium sententia edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret: cetera praedae futura. castraque testis parietum pro muro saepta; portis regione platearum patentibus stationes praesidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in castra fieri posset. inde signo dato milites discurrerunt; refractisque foribus cum omnia terrore ac tumultu streperent, a caedibus tamen temperatum est; rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egresserunt.

3. *dilatus*] hingehalten, aber mit dem Nebenbegriff 'auf eine andere Zeit wiederbestellt', wie sich aus dem Folgenden ergibt; vgl. 41, 8, 5 *legati Sardorum ad novos magistratus dilati erant* = waren 'vertröstet' worden.

4. *diem de die*] s. zu 23, 16.

differret] abs.; zu ergänzen *rem legiones*] s. zu 22, 14.

haud dubius] s. zu 15, 20.

5. *et instar urbium sunt*] nämlich Tycha und Neapolis; *et* = 'und doch' oder 'und dabei'.

6. *infulis*] wollene Binden, mit denen Hülfelehende ihre Hände umwanden; oft trugen sie nach griechischer Sitte Olivenzweige; vgl. 24, 30, 14 *ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes*.

a caedibus . . parceretur] vgl. § 9 *a caedibus temperatum est*: dies der gewöhnliche Ausdruck; jener erklärt sich aus der vielfach gleichen Verwendung beider Verba, z. B. in der Bedeutung 'schonen' regieren beide den Dativ. Vgl. auch 10, 12, 8 *urbibus oppugnandis temperatum* und 26, 31, 5 *ne hic qui-*

dem contumeliis in eos dicendis parceretur.

7. *magis*] diese eigenthümliche Stellung findet sich bei Liv. häufig; z. B. 40, 8 und 26, 41, 8 *adversae pugnae in Hispania nullius in animo quam meo minus obliterari possunt*. Vgl. zu 21, 1.

8. *testis parietum*] *testa* ist der 'Backstein'; der Zusatz *parietum* bezeichnet ihn näher als 'Mauerstein' (aus welchem die *parietes* des Hauses gemacht werden); vgl. Cic. de domo 61 *neque copiae Catilinae caementis ac testis tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt*. Um diese Steine zu gewinnen, wird Marcellus einige umliegende Gebäude haben zerstören lassen.

pro muro] 'wie mit einer Mauer'.

regione platearum] 'in der Richtung' (s. zu 11, 7) der Strassen von Tycha und Neapolis, so dass die Thorwachen jede Bewegung oder Zusammenrottung vom Lager aus bemerken konnten.

9. *terrore ac tumultu*] s. zu 4, 10.

inter haec et Philodemus, cum spes auxilii nulla esset, fide 10
 accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto praesidio
 tradidit tumultum Romanis. aversis omnibus ad tumultum ex 11
 parte captae urbis Bomilcar noctem eam nactus, qua propter
 vim tempestatis stare ad ancoram in salo Romana classis non
 posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano pro- 12
 fectus libero mari vela in altum dedit quinque et quinquaginta
 navibus Epicydae et Syracusanis relictis; edoctisque Cartha- 13
 giniensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum
 centum navibus post paucos dies redit, multis, ut fama est,
 donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

Marcellus Euryalo recepto praesidioque addito una cura 26
 erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta in-
 clusos inpeditosque moenibus suos turbaret. Achradinam inde 2
 trinis castris per idonea dispositis loca spe ad inopiam omnium
 rerum inclusos redacturum circumsegit. cum per aliquot dies 3
 quietae stationes utrinque fuissent, repente adventus Hippo-
 cratis et Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani,
 fecit. nam et Hippocrates castris ad magnum portum com- 4
 munitis signoque iis dato, qui Achradinam tenebant, castra
 vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus praerat, et
 Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit, et classis Pu-
 nica litori, quod inter urbem et castra Romana erat, adpulsa
 est, ne quid praesidii Crispino submitti a Marcello posset. tu- 5
 multum tamen maiorem hostes praebuerunt quam certamen.
 nam et Crispinus Hippocraten non reppulit tantum munimentis,
 sed insecutus etiam est trepide fugientem, et Epicyden Marcellus
 in urbem compulit. satisque iam etiam in posterum videbatur 6
 provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi
 foret. accessit et ab pestilentia commune malum, quod facile 7
 utrorumque animos averteret a belli consiliis. nam tempore

10. *fide accepta ut*] 'nachdem er die Zusicherung, das Zugeständnis erlangt hatte, er solle . . .', wie 22, 11 *potestatem facere ut* . . .; gewöhnlicher ist die Constr. mit Acc. c. inf., wie 16, 7; vgl. 8, 8. 23, 4.

11. *aversis*] kurz statt: die Aufmerksamkeit war von Anderem abgewandt und ganz dem Getümmel zugewandt.

26. 1. *recepto*] allgemein 'in seine Gewalt bekommen'; nicht selten im Gegensatz zu *vi captus*, z. B. Caes. BC 3, 12, 1 *recepto Orico*, wo der Commandant *se atque oppidum Caesari dedit*.

ab tergo] nicht mit *in arcem ac-*

cepta zu verbinden, sondern wegen seiner Stellung so viel als *ab tergo exorta*; s. zu 9, 2.

vis hostium] 'feindliche Streitmacht'; vgl. 7, 25, 9 *si qua externa vis ingruat*.

2. *redacturum*] s. zu 15, 20.

4. *adpulsa est*] 'legte sich an das Gestade'; die Seesoldaten nahmen Stellung am Lande.

5. *reppulit munimentis*] wie auch das Simplex zuweilen mit dem blossen Abl. construiert wird, z. B. 44, 31, 7 *vano cum incepto moenibus pepulerunt Romanos*.

7. *ab pestilentia*] s. zu 39, 9.

autumni et locis natura gravibus, multo tamen magis extra urbem quam in urbe, intoleranda vis aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit. ac primo temporis ac loci vitio et aegri erant et moriebantur; postea curatio ipsa et contactus aegrorum volgabatur morbos, ut aut neglecti desertique qui incidissent morerentur, aut adsidentis curantisque eadem vi morbi repletos secum traherent, cotidianaque funera et mors ob oculos esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur. postremo ita adsuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis iustoque conploratu prosequerentur mortuos sed ne efferrent quidem aut sepelirent, iacerentque strata exanima corpora in conspectu similem mortem expectantium, mortuique aegros, aegri validos cum metu tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent. et ut ferro potius morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. multo tamen vis maior pestis Poenorum castra quam Romana invaserat; nam Romani diu circumsedendo Syracusas caelo aquisque adsuerant magis. ex hostium exercitu Siculi ut primum videre ex gravitate loci volgari morbos, in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt; et Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem suos, infirmaque corpora tecta et umbrae recreaverant. multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti sunt.

27 Deleto terrestri Punico exercitu Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, . . . occupaverant, haud magna oppida, ceterum

locis . . . gravibus] in einer 'unge-sunden' Gegend, wie § 13. Zwischen der Stadt und dem Flusse Anapus zogen sich Sümpfe hin, welche bei grosser Hitze die Luft verpesteten und auf die Menschen, welche in der Nähe lagerten, natürlich eine nachtheilige 'Wirkung' (movit) äussern mussten.

8. temporis ac l. vitio] = culpa. incidissent] in was, besagt das Vorhergehende.

adsidentis curantisque] 'Krankenwärter und Krankenpfleger'.

vi morbi repletos] man erwartete ein Participium wie correptos; bei repletos muss vis morbi als 'Krankheitsstoff' genommen werden.

9. cotidianaque] s. zu 3, 13.

10. non modo] statt non modo non; s. zu 15, 2.

iusto conploratu] 'mit schuldiger Todtenklage'; vgl. iusta solvere (Cic.).

12. castra Romana] das § 4 u. 5 erwähnte Lager bei dem Olympium am Anapus. Einem zu grossen Verlust hatte Marcellus durch rechtzeitige Aufgabe desselben und Ueberführung der Besatzung in die Stadt vorgebeugt; s. § 15.

14. et Carthaginienses] et = 'und wirklich' C. omnes perierunt, d. h. die Sicilier hatten sich nicht ohne guten Grund entfernt.

15. ut ingruebat] das Impf. drückt die Nichtvollendung der Handlung aus und kann mit 'anfang' übersetzt werden, oder 'wie das Uebel so gewaltig wurde'; vgl. 33, 8 postquam . . . retineri (non) poterant 'nachdem sich die Unmöglichkeit zeigte . . .'; 36, 4 postquam . . . aderant apparebatque 'nachdem . . . sie erschienen, und es einleuchtend ward'; s. zu 10, 6.

et situ et munimentis tuta; tria milia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest. eo et commeatus e civitatibus suis comportabant et auxilia acersebant. interea Bomilcar iterum 2 cum classe profectus Carthaginem ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque in capta quodam modo urbe capi, perpulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum 3 onustas secum mitterent classemque suam auferent. igitur 4 centum triginta navibus longis septingentis onerariis profectus a Carthagine satis prosperos ventos ad traiciendum in Siciliam habuit; sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris adventus fama primo, dein praeter spem mora cum 5 gaudium et metum in vicem Romanis Syracusanisque prae- buisset, Epicydes metuens, ne si pergerent iidem, qui tum tene- 6 bant, ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Punica Africam repeteret, tradita Achradina mercenariorum militum 7 ducibus ad Bomilcarem navigat. classem in statione versa in 8 Africam habentem atque timentem navale proelium, non tam quod impar viribus aut numero navium esset — quippe etiam plures habebat —, quam quod venti aptiores Romanae quam suae classi flarent, perpulit tamen, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. et Marcellus cum et Siculum exercitum 9 ex tota insula conciri videret et cum ingenti commeatu classem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgeretur, quamquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. duae classes 10 infestae circa promunturium Pachynum stabant, ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursurae. itaque cadente 11

27, 1. *tria milia*] nämlich *passuum*, was sehr gewöhnlich nach *milia* ausgelassen wird.

quindecim] wozu ebenfalls *milia* zu nehmen ist, das in solcher Verbindung nicht hinzugefügt zu werden pflegt; vgl. 26, 21, 14 *octo milia peditum, tria Numidarum equitum*.

3. *perpulit*] absolut = 'durchsetzen, dahin bringen'; dagegen mit Object § 8 und 28, 5.

4. *iidem venti prohibebant*] diese Winde werden § 6 ungenau als Ostwinde, § 11 genauer als Eurus = SOWind bezeichnet. Bomilkar segelte also mit halbem Winde (*satis prosperos* v. 'leidlich günstig') nach Sicilien hinüber; um Pachynum konnte er nicht herumkommen, weil ihm nun der Eurus contrair war.

6. *tenebant*] s. zu 39, 10.

7. *mercenariorum militum*] *militum* ist überflüssig, doch findet sich bei Liv. diese Verbindung gewöhnlich (29, 8), und zwar mit vorangestelltem Adj., um diesen Begriff hervorzuheben; vgl. 30, 8, 8 *mercenariis armis in Africam oppugnatum venerant*.

8. *in statione versa in A.*] nicht die *statio* (die Rhede) ist *versa in A.*, sondern die Schiffe selbst; daher: dieser hatte seine Flotte so auf der Rhede, dass sie nach A. gerichtet war (mit den Vordertheilen).

9. *urbe hostium*] s. zu 11, 15 *intus*.

10. *evexisset*] Liv. sagt häufig intransitiv *in altum evahi*, hier vereinzelt transitiv *evahere* = 'die Höhe des Meeres gewinnen lassen'.

iam Euro, qui per dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit, cuius primo classis petere altum visa est, quo facilius
 12 superaret promunturium. ceterum postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum, qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit missisque nuntiis Heracleam, qui onerarias retro inde Africam repetere iuberent, ipse Siciliam prae-
 13 tervectus Tarentum petit. Epicycles a tanta repente destitutus spe, ne *intra* obsidionem magna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum navigat, expectaturus magis eventum quam inde quicquam moturus.

28 Quae ubi in castra Siculorum sunt nuntiata, Epicyclen Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam et
 2 prope iterum traditam Romanis, legatos de condicionibus dedendae urbis explorata prius per conloquia voluntate eorum,
 3 qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. cum haud ferme discreparet, quin quae ubique regum fuissent, Romanorum essent, Siculis cetera cum libertate ac legibus suis servarentur, evocatis ad conloquium iis, quibus ab Epicycle creditae res
 4 erant, missos se simul ad Marcellum, simul ad eos ab exercitu Siculorum aiunt, ut una omnium, qui obsiderentur quique extra obsidionem fuissent, fortuna esset, neve alteri proprie sibi pa-
 5 ciscerentur quicquam. recepti deinde ab iis, ut necessarios

11. *movit*] s. zu 9, 7.

primo] im Gegensatz zu *ceterum* (§ 12), gehört zu *visa est*: die anfangs 'nur' die offene See zu erstreben schien, damit . .

12. *onerarias*] ohne *naves*, wie 31, 13.

retro repetere] *retro* wird sehr häufig zu Verben, die mit *re* zusammengesetzt sind, pleonastisch hinzugefügt, z. B. 24, 20, 3 *Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit*. 22, 18, 7 *retro Apuliam repetens Gereonium pervenit* und sonst.

praetervectus] Liv. hat eine Vorliebe für Composita mit *prae* im Sinne von *praeter* (z. B. mit einer Ausnahme stets *equo praevehi*, wie 24, 44, 10); aber vom Entlangsegeln an einer Küste gebraucht er stets (*navibus*) *praetervehi* mit Acc., z. B. 21, 41, 3. 26, 39, 2.

13. *destitutus a spe*] so gewöhnlich bei Liv., doch auch mit blosser Abl., wie 29, 24, 2 *magna spe destitutus erat*.

intra obsidionem r.] vgl. 28, 2. 30, 3 *obsideri*; Gegensatz 28, 4.

28, 1. *castra Siculorum*] in welchem sich das 27, 9 angedeutete Heer befindet; s. § 4.

iterum] zum ersten Male 241 v. Chr.

2. *condicionibus dedendae urbis*] kürzer 27, 15, 3 *eandem, quae data Lucanis erat, condicionem deditio- nis petentes venerunt*.

mittunt] das Subject ergibt der Zusammenhang.

3. *haud discreparet, quin*] eine bei Liv. mehrfach angewandte Redeweise; die Constr. mit *quin*, wie 2, 1, 3 *neque ambigitur, quin*. 23, 6, 2 *neque controversiam fore, quin* u. a. m.

iis, quibus] die Namen folgen § 5.

4. *proprie sibi*] 'besonders für sich, für sich allein'; vgl. 35, 33, 9 *huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus*, d. h. eine besondere, von ihm allein ausgehende Beschimpfung. So auch 33, 6 *suarum proprie virium* 'recht eigentlich eigener' *vires*.

hospitesque adloquerentur, expositis, quae pacta iam cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum praefectos Epicydis Polyclitum et Philistionem et Epicyden, cui Sindon cognomen erat, adgrederentur. interfectis iis et multitudine ad contionem vocata, inopiam quaeque ipsi inter se fremere occulti soliti erant conquesti, quamquam tot mala urgerent, negarunt fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum, non odium: nam ut occupatas res ab satellitibus Hannibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate atque Epicyde, audierint, tum bellum movisse et obsidere urbem coepisse, ut crudelis tyrannos eius, non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate vero interempto, Epicyde intercluso ab Syracusis et praefectis eius occisis, Carthaginensibus omni possessione Siciliae terra marique pulsis — quam superesse causam Romanis, cur non perinde ac si Hiero ipse viveret, unicus Romanae amicitiae cultor, incolumis Syracusas esse velint? itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum quam ab semet ipsis esse, si occasionem reconciliandi se Romanis praetermisissent; eam autem, qualis illo momento horae sit, nullam deinde fore, si simul liberatas ab impotentibus tyrannis *Syracusas esse et applicare se Romanis* apparuisset.

5. *adloquerentur*] ganz allgemein, wie wir mit dem Simplex sagen: um die Verwandten (einmal) zu sprechen; anders 24, 15 *adloquio*.

pacta . . haberent] inhaltvoller als das bloss *pepigiissent*; vgl. 38, 13 und 14. 7, 32, 9 *qui omnia circa se domita armis habeant* u. a.

6. *quaeque*] und worüber sie selbst 'sonst' gemurrt hatten; vgl. 26, 35, 7 *haec non in occulto, sed propalam fremebant*.

occulti] auf das Subj. bezogen, wie gewöhnlich bei Liv., z. B. 9, 25, 7 *missique milites, qui occulti propinqua moenibus insiderent loca*; vgl. zu 30, 4.

7. *audierint*] ohne Rücksicht auf das vorhergehende *negarunt* ist hier das Tempus der directen Rede beibehalten; so oft bei Liv.

tum] s. zu 8, 9.

expugnarent] zu *tyrannos* im Sinne von 'überwältigen' zu nehmen; doch verbindet Liv. abweichend vom bisherigen pros. Sprachgebrauch *expugnare* auch sonst mit einem persönl. Obj., z. B. 37, 25, 5 *venire*

eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam nisi Romanum imperium esset. Philippum, Nabim expugnatos: se tertium peti; ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnis incendium pervasurum.

8. *interempto*] = *peste absumpto* (26, 15).

unicus] bei Liv. oft = *praestantissimus, singularis*. Hiero war 'ein Muster der Anhänglichkeit an Rom' gewesen. In der Verbindung mit *filius, filia* und *spes* hat *unicus* bei Liv. die Zahlbedeutung = *unus*, was sich im späteren Lat. als gewöhnlicher Ausdruck festsetzte, während *unus* zum unbestimmten Artikel wurde.

9. *nec . . aliud . . quam*] so Liv. fast immer; vgl. 33, 7. 38, 13. *nihil aliud nisi*, wie Cic. sagt, hat Liv. nur vereinzelt.

reconciliandi se R.] vgl. 35, 19, 7 *talis oratio regem reconciliavit Hannibali*.

momento horae] s. zu 24, 14.

impotentibus] seiner selbst nicht mächtig, zügellos, despotisch; so

29 Omnium ingenti adsensu audita ea oratio est. praetores tamen prius creari quam legatos nominari placuit. ex ipsorum
 2 deinde praetorum numero missi oratores ad Marcellum, quorum princeps 'neque primo' inquit 'Syracusani a vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius, quam
 3 in nos; nec postea pacem tyranni caede compositam Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicycles oppressis nobis hinc metu, hinc fraude turbaverunt. nec quisquam dicere potest aliquando nobis libertatis tempus fuisse,
 4 quod pacis vobiscum non fuerit. nunc certe caede eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, cum primum nostri arbitrii esse coepimus, extemplo venimus ad tradenda arma, dedendos nos, urbem, moenia, nullam recusandam fortunam, quae imposita
 5 a vobis fuerit. gloriam captae nobilissimae pulcherrimaeque urbis Graecarum dei tibi dederunt, Marcelle. quidquid umquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo
 6 accedit. famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse, quo quisquis terra, quisquis mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginensibusque tropaea, nunc tua de nobis ostendat, incolumesque Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum

6, 11, 6 *vicio ingenii vehemens et inpotens* und oft.

29, 1. *nominari*] für 'wählen' zuweilen von Liv. gebraucht bei Gesandten, bei dem Interrex, Dictator und Magister equitum.

oratores] hier von *legatos* nicht verschieden: 'Unterhändler'; eben so 31, 2.

3. *caede*] ein causal Abl. ('in Folge'); eben so § 4. 30, 10 *trepidatione* und sonst.

compositam] vgl. 30, 40, 13 *si pax cum Carthaginensibus componi nequisset, in Africam traiceret.*

hinc . . hinc] 'bald . . bald, theils . . theils', von Liv. in die Prosa eingeführt statt *hinc . . inde*.

regii] s. zu 18, 6.

metu] *quem iniecerunt*, und so oft.

nostri arbitrii] ein Genetivus possessivus, der sich in der Verbindung mit *esse, facere* und *feri* findet, namentlich *dicionis facere, potestatis et arbitrii esse*, z. B. *mei arbitrii sum* 'ich habe das Recht der Selbstbestimmung über mich'; vgl. 7, 1.

5. *tui triumphi titulo*] *titulus* ist

die Aufschrift auf Denkmälern, Ahnenbildern u. a.; in Verbindung mit einem Gen. ist es 'Verzeichnis', z. B. 28, 46, 16 *Hannibal aram condidit dedicavitque cum ingenti rerum gestarum titulo, Punicis Graecisque litteris insculpto*. Hiernach besagt unsere St.: 'dem Verzeichnis deiner Heldenthaten', frei: 'dem Ruhme deines herrlichen Sieges'.

6. *velis . . quam*] = *malis . . quam*, oder es ist beim ersten Gliede *potius* zu ergänzen. Diese dem griech. *βούλομαι . . ἢ* nachgebildete Constr. findet sich auch sonst bei lat. Historikern; vgl. 3, 68, 11 *malae rei se quam nullius duces esse volunt. quo quisquis*] kurz statt *quae, quisquis eo . .*

de Atheniensibus tropaea] das nur hier erscheinende *tropaeum* ist mit *de* construirt, wie 8, 12, 4 *victoria de tot ac tam potentibus populis.*

sub clientela] das unterworfenen Volk erhält einen *patronus* in Rom und steht zu diesem in einer Art von Clientenverhältnis; die Marceller aber waren später Patrone Siciliens.

tutelaque habendas tradas? ne plus apud vos Hieronymi quam 7
 Hieronis memoria momenti faciat: diutius ille multo amicus
 fuit quam hic hostis, et illius benefacta etiam re sensistis,
 huius amentia ad perniciem tantum ipsius valuit'. omnia et 8
 impetrabilia et tuta erant apud Romanos; inter ipsos plus belli
 ac periculi erat. namque transfugae tradi se Romanis rati
 mercennariorum quoque militum auxilia in eundem compulere
 metum; arreptisque armis praetores primum obruncant, inde 9
 ad caedem Syracusanorum discurrunt quosque fors obtulit, irati
 interfecere atque omnia, quae in promptu erant, diripuerunt.
 tum ne sine ducibus essent, sex praefectos creavere, ut terni 10
 Achradinae ac Naso praeesent. sedato tandem tumultu
 exequentibus sciscitando, quae acta cum Romanis essent, dilu-
 cere id quod erat coepit, aliam suam ac perfugarum causam
 esse. in tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspi- 30
 cione incitatos memorantes nec causam expetendae poenae
 eorum ullam Romanis esse. erat e tribus Achradinae prae- 2
 fectis Hispanus, Moericus nomine. ad eum inter comites leg-
 atorum de industria unus ex Hispanorum auxiliariis est mis-
 sus, qui sine arbitris Moericum nactus primum, quo in statu
 reliquisset Hispaniam — et nuper inde venerat —, exponit:
 omnia Romanis ibi obtineri armis. posse eum, si operae pre- 3
 tium faciat, principem popularium esse, seu militare cum Ro-
 manis seu in patriam reverti lubeat. contra si malle obsideri
 pergat, quam spem esse terra marique clauso? motus his Moe- 4
 ricus, cum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter
 eos mittit, qui per eundem illum Hispanum secretus ab aliis

tradas] der Conj. steht zwar auf gleicher Stufe mit *ostendat*, auffällig ist derselbe aber, weil der Schriftst. den Relativsatz demonstrativisch fortgesetzt hat (statt *incolumemque eam* ist der Name eingetreten); ganz klar hätte sich Liv. folgendermassen ausgedrückt: *quae, quisquis eo . . venerit, . . tropaea ostendat quamque incolumem . . sub clientela . . habendam tradas*.

7. *plus momenti faciat*] s. zu 18, 3. *multo*] wegen der Stellung s. zu 31, 5.

8. *tuta*] 'gesichert', d. h. geschützt vor Ablehnung.

tradi] s. zu 22, 14.

mercennariorum] s. zu 27, 7.

10. *exequentibus sciscitando*] eine echt livianische Ausdrucksweise zur Bezeichnung des eindringlichen, fortgesetzten Fragens; auch *exequi*

quaerendo und *percunctando* sagt Liv. Wer die *exequentes* sind, er giebt der Zusammenhang.

30, 2. *erat e*] *e* zur Bezeichnung des Ganzen, wozu etwas als Theil gehört; zuweilen vollständiger *e numero*.

unus ex H. auxiliariis] der Mann hiess Belligenes.

3. *operae pretium faciat*] s. zu 19, 11.

cum Romanis] s. zu 15, 13.

4. *secretus ab aliis*] das Adv. würde die Art, wie die Handlung vollzogen wird, bestimmen; das Adj. drückt das Verhalten des Subj. bei der Handlung aus. Daher ist das Adj. häufiger als das Adv., wenn das Wort einen Seelenzustand ausdrückt, wie *lactus audiivi* (38, 23), *invitus feci*, *timidi resistebant* u. s. w. Durch die Dichter ist die-

ad Marcellum deductus, cum fidem accepisset composuissetque
 5 agenda ordinem rei, Achradinam redit. tum Moericus ut ab
 suspicione proditionis averteret omnium animos, negat sibi
 placere legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum
 quemquam neque mittendum, et quo intentius custodiae ser-
 ventur, opportuna dividenda praefectis esse, ut suae quisque
 6 partis tutandae reus sit. omnes adsensi sunt. partibus divi-
 dendis ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium
 7 magni portus. id ut scirent Romani fecit. itaque Marcellus
 nocte navem onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi
 ad Achradinam iussit exponique milites regione portae, quae
 8 prope fontem Arethusam est. hoc cum quarta vigilia factum
 esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset
 Moericus, luce prima Marcellus omnibus copiis moenia Achra-
 9 dinae adgreditur ita, ut non eos solum, qui Achradinam tene-
 bant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum
 concurrerent relictis stationibus suis ad vim et impetum Ro-
 10 manorum arcendum. in hoc tumultu actuariae naves instructae
 iam ante circumvectaeque ad Nasum armatos exponunt, qui
 inprovise adorti semiplenas stationes et adapertas fores por-
 tae, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine

ser Gebrauch auf viele andere Adj. ausgedehnt und so auch in die Prosa eingebürgert worden, z. B. fast immer bei *occultus* (s. 28, 6). Vgl. 6, 25, 1 *Tusculani secreti ab aliis ad tribunos adducuntur*. Aber auch das Adv. findet sich bei obigen Ausdrücken, z. B. 37, 15 *trepide*.

fidem accepisset] der ausgelassene Infinitivsatz ergänzt sich aus § 3.

agenda ordinem rei] der Verlauf und Gang, den der Anschlag nehmen soll; vgl. 40, 55, 5 *ordinem omnem facinoris exposuit*. 28, 28, 8 *viam consilii scelerati . . . exequi volo*.

5. *opportuna*] s. zu 13, 14.

reus] 'verantwortlich' für; vgl. 6, 24, 8 *ut se, reum fortunae eius diei, crimine excimerent* 'verantw. für den Ausgang dieses Schlachttages'.

6. *partibus dividendis*] 'bei . . .'; eigentlich aber ist dies ein Abl. abs. mit dem gewöhnlich Part. Fut. Pass. genannten Part. Praes. Pass. = *cum partes dividerentur*; vgl. 6, 22 *vis urbibus expugnandis experiri virtutem?* 26, 48, 2 *qui capienda urbe tantum periculi adissent*.

ostium] wo sich der grössere Hafen mit dem kleineren vereinigt bei der *arx Dionysii*; vgl. 11, 11, 19.

7. *remulco trahi*] *r. trahere* = bugsieren, ins Schlepptau nehmen. *remulcum* ist vom griechischen *ῥυμουλκείν* gebildet, welches die Volksetymologie mit *remus* in Verbindung setzte.

regione portae] 'in der Richtung auf das Thor' (s. zu 11, 7), so viel als 'in der Gegend'.

8. *porta . . . recepisset*] der Abl. bezeichnet den Weg, auf welchem eine Bewegung stattfindet, wie § 10 und 24, 21, 7 *hexapylo inveci* = 'durch' das Hexapylon; eben da 32, 6 *hexapylo agmen receptum est*.

10. *actuariae naves*] kleinere, leicht bewegliche Fahrzeuge, deren Bemannung nicht gross war; s. 38, 38, 8 *naves actuarias, quarum nulla plus quam triginta remis agatur, habeto* (*Antiochus*).

inprovise] s. zu 9, 11.

adapertas fores] vgl. 31, 2; das Comp. *adaperire* hat Liv. in die Prosa eingeführt, eben so den Gegensatz hierzu *adoperio* (1, 26, 13).

Nasum cepere desertam trepidatione et fuga custodum. neque 11
in ullis minus praesidii aut pertinaciae ad manendum quam
 in transfugis fuit, quia ne suis quidem satis credentes e medio
 certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum *com-* 12
perit et Achradinae regionem unam teneri Moericumque *cum*
 praesidio suis adiunctum, receptui cecinit, *ne* regiae opes, qua-
 rum fama maior quam res erat, diriperentur.

Suppresso impetu militum ut iis, qui in Achradina erant, 31
 transfugis spatium locusque fugae datus est, Syracusani tan- 2
 dem liberi metu portis Achradinae apertis oratores ad Mar-
 cellum mittunt nihil petentis aliud quam incolumitatem sibi
 liberisque suis. Marcellus consilio advocato et adhibitis etiam 3
 Syracusanis, qui per seditiones pulsati ab domo intra praesidia
 Romana fuerant, respondit non plura per annos quinquaginta 4
 benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum, qui
 Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. sed plera-
 que eorum, quo debuerint, recidisse, foederumque ruptorum
 ipsos ab se graviore multo quam populus Romanus voluerit 5
 poenas exegisse. se quidem tertium annum circumsedere Sy-
 racusas, non ut populus Romanus servam civitatem haberet,
 sed ne transfugarum *alienigenarumque* duces captam et oppres- 6
 sam tenerent. quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel 6
 eos esse Syracusanorum, qui intra praesidia Romana fuerint,
 vel Hispanum ducem Moericum, qui praesidium tradiderit, vel
 ipsorum Syracusanorum postremo serum quidem, sed forte consilium. 7
 sibi omnium laborum periculorumque circa moenia 7
 Syracusana terra marique tam diu exhaustorum nequaquam
 tantum fructum esse, quod capere Syracusas *potuerit, quantum,*

trepidatione et fuga] s. zu 29, 3.

11. *ad manendum*] gehört nur zu *per-
 tinaciae* und ist zu diesem Subst.
 hinzugesetzt, wie *ad* oft bei Ad-
 jectiven steht; vgl. zu 6, 23. So
 sagt Liv. 29, 1, 17 *per-
 tinaces ad
 obtinendam iniuriam*; daneben 29,
 33, 7 *per-
 tinacior in repugnando*.

quia] gehört dem Sinne nach nur
 zu dem Participium; daher ist *cre-
 dentes* aufzulösen *credebant et ob
 eam causam* . . .

12. *regionem unam*] der südlichste
 Theil der Achradina, in den die
 Römer über den Isthmus einge-
 drungen waren.

res] 'der wirkliche Bestand'.

31, 1. *suppresso impetu*] 'dadurch
 dass . . .'

spatium] vgl. 24, 22, 10 *spatium
 sumeret ad consultandum ab legatis*.

2. *petentis*] s. zu 13, 2. Für die
 Erhaltung der Stadt wagen sie keine
 Bitten mehr zu äussern.

3. *ab domo*] sagt Liv. eben so
 häufig als *domo*; vgl. zu 22, 6.

intra pr. R.] s. zu 24, 15.

4. *per annos quinquaginta*] s. zu
 9, 2.

5. *multo*] nicht selten in dieser
 Weise dem Comp. nachgestellt,
 eben so *aliquanto*, z. B. 23, 12. 29, 7;
 s. zu 7, 8. So auch bei Cic., z. B.
 de or. 2, 178 *plura enim multo*.

poenas exegisse] eben so 45, 19, 16
diis exigentibus poenas, Cicero: *p.
 repetere a*; vgl. 30, 1 *expetere p.*

6. *praesidium*] hier der besetzte
 Punkt; vgl. 2, 50, 11 *caesi ad unum
 omnes praesidiumque expugnatum*.

7. *fructum esse*] 'Lohn für'; vgl.
 27, 21, 3 *habere fructum imperii*

8 *si servare potuisset.* inde quaestor cum praesidio ad [Nasum
et] accipiendam pecuniam regiam custodiendamque missus.
Achradina diripienda militi data est custodibus divisim per do-
9 mos eorum, qui intra praesidia Romana fuerant. cum multa
irae, multa avaritiae foeda exempla ederentur, Archimeden
memoriae proditum est in tanto tumultu, quantum *pavor* captae
urbis in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum
formis, quas in pulvere descriperat, ab ignaro milite, quis
10 esset, interfectum; aegre id Marcellum tulisse sepulturaeque
curam habitam et propinquis etiam inquisitis honori praesi-
11 dioque nomen ac memoriam eius fuisse. hoc maxime modo
Syracusae captae; in quibus praedae tantum fuit, quantum vix
capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus aequis certabatur.

12 Paucis ante diebus quam Syracusae caperentur, T. Otacilius
cum quinquaginta octoginta Uticam ab Lilybaeo transmisit
13 et cum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento
onustas cepit egressusque in terram depopulatus est aliquantum
agri circa Uticam praedamque omnis generis retro ad
14 navis egit. Lilybaeum tertio die, quam inde profectus erat,
cum centum triginta onerariis navibus frumento praedaque
onustis rediit idque frumentum extemplo Syracusas misit,
15 quod ni tam in tempore subvenisset, victoribus victisque pariter
perniciosa fames instabat.

32 Eadem aestate in Hispania, cum biennio ferme nihil ad-
modum memorabile factum esset consiliisque magis quam armis
bellum gereretur, Romani imperatores egressi hibernis

prorogati Marcello populum R.: bis caesum exercitum eius aestiva Venusiae sub tectis agere. Eigentlich ist es 'Genuss, Freude', wie 33, 4.

quantum] hierzu ist die dem irrealen *si potuisset* entsprechende Form von *esse* zu ergänzen.

9. *intentum formis]* s. zu 2, 3.

11. *vix capta Carthagine]* = *quantum vix, si tum capta Carthago esset, fuisset.*

cum qua .. certabatur] was bei Syrakus nicht der Fall war; daher hätte man in Karthago, wenn es damals genommen wäre, der grösseren Macht entsprechend noch grössere Beute machen müssen; aber die Beute in S. war so gross, dass sich jenes gar nicht denken liess.

31, 12—15. Otacilius plündert die afrikanische Küste.

12. *transmisit]* der eigentliche

Ausdruck für das Uebersetzen über das Meer.

15. *instabat]* statt des Coniunctivs Plusqpf., weil die Hungersnoth ihnen thatsächlich bevorstand, jetzt aber nicht zum Ausbruch kam.

32—36. Ereignisse in Spanien. Tod der beiden Scipionen.

1. *biennio ferme]* nämlich vom Herbst 214 bis zum Sommer 212 v. Chr. Im Jahr 213 v. Chr. war, wie es 24, 49, 7 heisst, *nihil memorabile* ausgeführt worden.

imperatores] die beiden Brüder werden 3, 6 ohne Unterschied erwähnt, auch 37, 9 *imperatores* genannt, und 26, 2, 5 heisst es: *exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset.* Dennoch ist nirgends erwähnt, dass dem *Cn. Scipio* das

copias coniunxerunt. ibi consilium advocatum, omniumque in 2
 unum congruerunt sententiae, quando ad id locorum id modo
 actum esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent,
 tempus esse id iam agi, ut bellum in Hispania finiretur. et 3
 satis ad id virium credebant accessisse viginti milia Celti- 3
 berorum ea hieme ad arma excita. hostium tres exercitus 4
 erant. Hasdrubal Gisgonis filius et Mago coniunctis castris
 quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant. propior erat 5
 Hamilcaris filius Hasdrubal, vetus in Hispania imperator; ad
 urbem nomine Amtorgim exercitum habebat. eum volebant 6
 prius opprimi duces Romani, et spes erat satis superque ad
 id virium esse: illa restabat cura, ne fuso eo percussi alter
 Hasdrubal et Mago in avios saltus montesque recipientes sese
 bellum extraherent. optimum igitur rati divisio bifariam co- 7
 piis totius simul Hispaniae amplecti bellum ita inter se divi-
 serunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum so-
 ciorumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem, Cn. 8
 Cornelius cum tertia parte veteris exercitus Celtiberis adiunctis
 cum Hasdrubale Barcino bellum gereret. una profecti ambo 9
 duces exercitusque Celtiberis praegredientibus ad urbem Am-
 torgim in conspectu hostium dirimente anni ponunt castra.
 ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum est copiis substitit; 10
 P. Scipio profectus ad destinatum belli partem.

imperium durch Volksbeschluss
 übertragen sei. Es ist daher wahr-
 scheinlich, dass der Ausdr. *impe-
 rator* ungenau gewählt und Gnaeus
 nur Legat seines Bruders gewesen
 ist. Publius sagt 21, 40, 3: *exerci-
 tus ibi cum fratre Cn. Scipione
 meis auspiciis rem gerit*, d. h.
 'unter' meinem Bruder Gnaeus als
 meinem Stellvertreter.

2. *in unum congruerunt*] s. zu
 35, 6.

ad id locorum] s. zu 19, 11.

tendentem in Italiam] der Auftrag
 hierzu war dem Hasdrubal schon
 sogleich nach der Schlacht bei
 Cannae ertheilt worden; die Aus-
 führung wurde noch fernerhin meh-
 rere Jahre verhindert.

tempus esse] 'es sei an der
 Zeit, sei hohe Zeit', stets mit Inf.
 oder Acc. c. inf. construirt, z. B.
 21, 54, 2 *nunc corpora curare tem-
 pus est*.

3. *viginti milia C.*] Apposition zu
satis virium; deutsch: es sei 'in'
 (oder 'mit') den Celt. ein genügen-

der Zuwachs an Streitkräften ge-
 kommen. Die Celtiberer waren in
 Sold genommene Hülfsstruppen.

excita] s. zu 22, 7.

5. *Amtorgim*] die Lage der Stadt
 ist unbekannt; eben so ungewiss der
 § 9 erwähnte Fluss (vielleicht der
 Baetis).

6. *spes erat satis . . esse*] s. zu 6, 2.

7. *amplecti bellum*] eine sehr sel-
 tene Verbindung (nach Analogie
 von *studia, artem amplecti* gebildet)
 = den Krieg in ganz Sp. in den
 Bereich ihrer Thätigkeit zu ziehen.

8. *Barcino*] Sohn des Hamilkar
 Barkas (= 'Blitz'), nach welchem
 die *factio Barcina*, die Patrioten-
 oder Kriegspartei in Carthago, be-
 nannt war; eben so 39, 13.

10. *cum quibus ante dictum est
 copiis*] nach Auslassung des Demön-
 strativpronomens ist das Relativum
 mit der Präp. verbunden, die eigent-
 lich nicht zu diesem, sondern zum
 Démonstr. gehört; also = *cum iis
 copiis, quas ante diximus* (durch das
 Pass. *dictum est* ist die Anschau-

33 Hasdrubal postquam animadvertit exiguum Romanum exercitum in castris et spem omnem in Celtiberorum auxiliis esse, peritus omnis barbaricae et praecipue earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiae, facili linguae commercio, cum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta conloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. nec atrox visum facinus: non enim, ut in Romanos verterent arma, agebatur, et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur, ne bellum gererent, et cum quies ipsa tum reditus domum fructusque videndi suos suaque grata vulgo erant. itaque non ducibus facilius quam multitudini persuasum est. simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent. id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exempla haec vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. signis repente sublatis Celtiberi abeunt nihil aliud quaerentibus causam obtestantibusque, ut manerent, Romanis respondentes quam domestico se avocari bello. Scipio,

lichkeit der Kürze hier gemindert). So oft bei Liv., z. B. 5, 34, 3 *misurum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes = in eas sedes, quas dii dedissent auguriis.*

ad destin. belli partem] zu den Kriegsoperationen, welche ihm bei der Theilung zugefallen waren; ähnlich 21, 17, 8 (u. 22, 4) *ea parte belli dimicaturum hostem credebant*, wo unter 'diesem Theil des Kriegsschauplatzes' der Seekrieg im Gegensatz zu den Kämpfen auf dem Lande verstanden wird.

33, 2. *omnis barbaricae . . perfidiae]* s. zu 18, 6.

3. *facili linguae commercio]* bei der Leichtigkeit sich zu verständigen; *linguae commercium* 'mündlicher Verkehr' hat Liv. oft verbunden.

paciscitur] das Verbum *pac.* wird in der Bedeutung 'abmachen, sich ausbedingen' mit *ut* construiert; s. 24, 47, 8 *cum consule pacti, ut emitteretur praesidium* (Ausnahme 34, 23, 7); in der Bed. 'sich verpflichten' mit dem Inf., z. B. 21, 41, 9 *stipendium populo Romano dare pactus est.*

4. *pro bello]* nämlich *gerendo.*

esset] = 'nach ihrer Meinung war'.

fructus] s. zu 31, 7.

5. *metus ab Romanis]* 'vor' den Römern, wie auch das Verbum selbst mit der Präp. *a* constr. wird; s. 23, 15, 7 *metus a praetore.* 23, 36, 1 *ab Hannibale metuens.*

quippe tam paucis] = *quippe qui tam pauci essent*, wozu sich der Consecutivsatz leicht ergänzt unter Berücksichtigung des Folgenden.

6. *exempla]* dies Wort wird oft so gebraucht, dass es nicht den Begriff eines zur Warnung dienenden Beispiels ausdrückt, sondern allgemein unserm 'Ereignis' entspricht; so 24, 8, 20 *lacus Trasumennus et Cannae tristia ad recordationem exempla sunt.* Dass an dieser, wie an obiger Stelle die *exempla* 'warnende' Beispiele sind, was, wie gesagt, nicht immer der Fall ist, zeigt der Zusammenhang, oben besonders der Zusatz *p. documentis h.* und der mit *ne* angefügte Satz.

ut non plus sui roboris] positiv ausgedrückt würde es heissen: *ut plus externarum virium.*

sui roboris suarumque . . virium] s. zu 21, 7.

suarum proprie] s. zu 28, 4.

postquam socii nec precibus nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hosti esse aut fratri rursus coniungi vidit posse nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse, retro quantum posset cedere statuit, in id omni cura intentus, 9 necubi hosti aequo se committeret loco, qui transgressus flumen prope vestigiis abeuntium insistebat.

Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum maius 34 ab novo hoste urgebat. Masinissa erat iuvenis, eo tempore 2 socius Carthaginensium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. is tum cum equitatu Numidarum et 3 advenienti P. Scipioni occurrit et deinde adsidue dies noctesque infestus aderat, ut non vagos tantum procul a castris 4 lignatum pabulatumque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret castris invectusque in medias saepe stationes omnia ingenti tumultu turbaret. noctibus quoque saepe incursu repen- 5 tino in portis valloque trepidatum est, nec aut locus aut tempus ullum vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis, compulsique intra vallum adempto rerum omnium usu. cum 6 prope iusta obsidio esset futuramque artiozem eam appareret, si se Indebilis, quem cum septem milibus et quingentis Suesetanorum adventare fama erat, Poenis coniunxisset, dux cautus 7 et providens Scipio victus necessitatibus temerarium capit consilium, ut nocte Indebili obviam iret et quocumque occurrisset loco, proelium consereret. relicto igitur modico praesidio in 8

8. *postquam . . poterant*] s. zu 26, 15.

34, 2. *Masinissa erat*] vgl. 19, 9. Mas. war Sohn des Gala, Königs der Maesulier, d. h. des östlichen Theils von Numidien, welcher an das carthagische Gebiet anstieß; der andere Theil (die Masaesulier) standen unter der Herrschaft des Syphax. Masinissa war ungefähr 28 J. alt.

Romana] 'mit Rom'.

3. *aderat*] 'war zur Stelle', wobei die freundliche oder feindliche Absicht gewöhnlich aus dem Zusammenhang erkannt wird; hier ist der Deutlichkeit wegen *infestus* beigelegt; vgl. 22, 32, 2 *frumentatum exeunti Hannibali diversis locis aderant carpentes agmen palatosque excipientes*.

4. *obequitaret*] von Liv. zuerst und zwar oft gebraucht, heisst entweder allgemein 'entgegenreiten' oder im feindlichen Sinne 'heran-

reiten, darauf los reiten', wie 9, 36, 10 *postero die obequitavit stationibus hostium*.

5. *noctibus*] statt *nocte*, um neben *saepe* anzudeuten, dass sich die nächtlichen Angriffe wiederholten, dass die Nächte unruhig waren.

trepidatum est] 'herrschte Verwirrung'.

compulsique] nämlich *sunt*: 'und so' wurden sie . . .

ad rerum omnium usu] 'an der Beschaffung jeglicher Bedürfnisse gehindert'; vgl. 24, 1, 2 *Locrenses frumentum lignaque et cetera necessaria visibus ex agris in urbem rapere*.

6. *fama erat*] s. zu 17, 4.

7. *temerarium capit consilium, ut*] *ut* muss stehen, wenn bei *consilium* ein Adj. steht (Inf. oder Gen. Ger. ist in diesem Falle ausgeschlossen); doch kann *ut* auch nach dem blossen *cons. capio* oder *ineo* angewandt werden; vgl. 37, 17.

castris praepositoque Ti. Fonteio legato media nocte profectus
 9 cum obviis hostibus manus conseruit. agmina magis quam
 acies pugnabant, superior tamen ut in tumultuaria pugna
 Romanus erat. ceterum et equites Numidae repente, quos fe-
 fellisse se dux ratus erat, ab lateribus circumfusi magnum ter-
 10 rorem intulere, et contracto adversus Numidas certamine novo
 tertius insuper advenit hostis, duces Poeni adsecuti ab tergo
 iam pugnantis; ancepsque proelium Romanos circumsteterat
 incertos, in quem potissimum hostem quamve in partem con-
 11 ferti eruptionem facerent. pugnanti hortantique imperatori et
 offerenti se, ubi plurimus labor erat, latus dextrum lancea trai-
 citur; cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem im-
 petum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit,
 alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes dis-
 12 currunt imperatorem Romanum cecidisse. ea pervagata pas-
 sim vox ut et hostes haud dubie pro victoribus et Romani
 13 pro victis essent fecit. fuga confestim ex acie duce amisso
 fieri coepta est: ceterum ut ad erumpendum inter Numidas
 14 leviumque armorum alia auxilia haud difficile erat, ita effugere

9. *agmina . . acies*] vgl. 29, 36, 4
agminibus magis quam acie pugna-
tum est, woraus sich der Bedeu-

tungsunterschied der beiden Sub-
 stantiva klar erkennen lässt.
ut in tumultuaria pugna] 'so
 weit es möglich war' bei . . ; dass
 der Zusammenstoß noch in der
 Dunkelheit stattfindet, folgt nicht
 aus dem Worte *tumultuaria*.

circumfusi] medial, wie sehr oft
 bei Livius; dagegen 29, 34, 14 *equites*
Hannoni Afrisque pugnando fessis
se circumfundere = 'umringen, um-

zingelten'. Vgl. 36, 3 *circumdati*.
 10. *contracto*] 'begonnen', wie
 nicht selten, z. B. 40, 48, 3 *impe-*
rat, ut contracto certamine repente
fugerent.

adsecuti] steht eigentlich mit *ad-*
venit auf gleicher Stufe, als wenn
 gesagt wäre *tertius advenit hostis*:
 'nämlich' *duces Poeni adsecuti sunt*.

ancepsque . .] 'und so (s. zu 3,
 13) hatte ein zwiefacher Kampf. ',
 wobei an *Indebilis*, als einen schon
 halb geschlagenen Gegner (s. § 9),
 nicht gedacht ist; die Worte *in*
quem hostem quamve in partem wei-
 sen dagegen wieder auf mehr als
 zwei Gegner hin.

proelium circumsteterat] 'hatte

sich herumgestellt' = 'umringte'.
 Diese Personification oft bei Liv.;
 doch steht das Verbum meist im
 Imperf., wie 21, 28, 3 *ancepsque*
terror circumstabat, mit Object 42,
 65, 8 *ingens Romanos terror circum-*
stabat. Tac. Hist. 4, 79 *circumste-*
terat Civilem et alius metus.

eruptionem facerent] 'sich durch-

schlagen, den Durchbruch versu-
 chen sollten'; vgl. § 13.

11. *offerenti se*] 'sich aussetzt',
 nämlich *periculo*.

cuneus] hier ist nicht an eine
 keilförmige Aufstellung zu denken,
 sondern, wie oft, nur an eine in eng-

geschlossenen Gliedern stehende,
 gedrängte Schaar, = *conferti*.
alacres . . discurrunt] nach dem
 Sinne, als wenn nicht *cuneus vidit*,
 sondern *hostes viderunt* vorherge-

gangen wäre.
 12. *pro victoribus . . essent*] 'dafür
 galten' in den Augen der Betheili-

gigten gegenseitig.
 13. *fieri coepta est*] nach *fieri*
 (auch im medialen Sinne) setzt Liv.
 stets *coeptus sum* mit Ausnahme
 von 2, 21, 6 *iniuriae a primoribus*
fieri coepere.

levium armorum] wofür Liv. ge-
 wöhnlicher *levis armaturae* sagt.

tantum equitum aequantiumque equos velocitate peditum vix poterant; caesique prope plures in fuga quam in pugna sunt; nec superfuisset quisquam, ni praecipiti iam ad vesperum die nox intervenisset.

Haud segniter inde duces Poeni fortuna usi confestim e 35 proelio vix necessaria quiete data militibus ad Hasdrubalem Hamilcaris citatum agmen rapiunt non dubia spe, si se coniu- 2 xissent, debellari posse. quo ubi est ventum, inter exercitus ducesque victoria recenti laetos gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto et alteram pro haud 3 dubia parem victoriam expectantes. ad Romanos nondum quidem fama tantae cladis pervenerat, sed maestum quoddam si- 4 lentium erat et tacita divinatio, qualis iam praesagientibus animis imminentis mali esse solet. imperator ipse praeterquam 4 quod ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, coniectura etiam et ratione ad suspicionem acceptae cladis quam ad ullam bonam spem pronior erat: quonam modo 5 enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello, sine certamine adducere exercitum potuisse? quo modo autem non 6 obstitisse aut ab tergo secutum fratrem, ut si prohibere, quo

14. *praecipiti . . die*] vgl. 10, 42, 1 *iam praiceps in occasum sol erat et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat.*

35, 1. *Hasdrubalem Hamilcaris*] eine blosse Hinzufügung des Genetivs nach griechischer Weise, eben so 37, 8; dagegen mit *filius* 32, 4 und 5.

citatum agmen rapiunt] es hätte genügt zu sagen entweder *raptim agmine acto* (6, 28, 2) oder *citato agmine proficiscuntur* (s. § 8); doch ist jene Verbindung bei Liv. gewöhnlich, z. B. 23, 36, 3 *citatum agmen praeter Capuam rapit.*

2. *deleto et . . expectantes*] Coordination eines Part. absolutum und eines P. coniunctum, die bei Liv. nicht selten ist und auch nichts Auffälliges hat, da *imperatore deleto* gesagt werden musste, weil ein Part. Perf. Act. (= *στρατηγὸν ἀπολέσαντες*) nicht vorhanden war. Also: 'weil' sie . . vernichtet hatten 'und daher' einen zweiten Sieg . . erwarteten (*quod expectabant*).

pro haud dubia . . expectantes] s. zu 10, 1.

3. *praesagientibus animis*] ist Abl. abs., 'wie man sie (die *divinatio*)

von einem . . bei vorempfindendem Geiste zu haben pflegt', d. h. 'wie man ein . . Uebel in der Vorempfindung des Herzens ahnt'.

4. *tantum*] Neutrum statt Adverbium.

ratione] durch vernünftige Ueberlegung, 'Berechnung'.

suspicionem] 'Vermuthung' eines Uebels, wie auch das dazugehörige Verbum gebraucht wird; s. 24, 40, 1 *quod iam ante suspectum fuerat, motum bellum est.*

5. *defunctos . . bello*] *defungi* ist 'völlig fertig werden' mit . . (vgl. § 1 *debellare*), wie 1, 25, 9 *ille defungi proelio festinat*; so *defungi periculis, morbo* u. a. m. = 'überstehen'.

6. *quo modo . . non obstitisse*] kurz statt *quo modo fieri potuisse, ut non obsisteret aut* ('oder wenigstens') *sequeretur.*

prohibere quominus] kommt nur hier bei Liv. vor; eben so alleinstehend ist 26, 40, 4 *nec quin erumperet prohiberi poterat*. An 4 Stellen findet sich *prohibere ne*, sonst nur *pr.* mit Inf. oder Acc. c. inf. (= *veto*); s. 4, 4, 11, 13, 1, 14, 7.

minus in unum coirent et duces et exercitus hostium, non
 7 posset, ipse certe cum fratre coniungeret copias? his anxius
 curis id modo esse salutare in praesens credebat, cedere inde,
 quantum posset; et una nocte ignaris hostibus et ob id quietis
 8 aliquantum emensus est iter. luce ut senserunt profectos hostes,
 praemissis Numidis quam poterant maxime citato agmine se-
 9 nunc in latera incursantes consistere coegerunt ac tutari agmen;
 quantum possent tamen suos, ut simul pugnarent procederent-
 que, Scipio hortabatur, priusquam pedestres copiae adsequeren-
 36 tur. ceterum nunc agendo nunc sustinendo agmen cum ali-
 2 quamdiu haud multum procederetur et nox iam instaret, revo-
 cat e proelio suos Scipio et conlectos in tumultum quendam
 non quidem satis tutum, praesertim agmini perculso, editiorem
 3 tamen, quam cetera circa erant, subducit. ibi primo impedi-
 mentis et equitatu in medium receptis circumdati pedites haud
 4 difficulter impetus incursantium Numidarum arcebant; dein
 postquam toto agmine tres imperatores cum tribus iustis ex-
 ercitis aderant apparebatque parum armis ad tuendum locum

in unum coirent] *in unum* wird bei Liv. oft neben den mit *con* zusammengesetzten Verben gefunden, um eine freundliche Vereinigung auszudrücken; so 32, 2 *in unum congruerunt sententiae*. 4, 43, 11 *in unum convenire*. 21, 31, 4 *armes confluent in unum* u. a. m.

7. *his anxius curis]* *anxius* drückt nicht eine Beängstigung für die Zukunft, sondern eine augenblickliche Beunruhigung des Herzens aus; so wird auch das Verbum gebraucht, z. B. 26, 38, 1 *Hannibalem angebat, quod Capua populorum animos averterat*. 26, 7, 6 *una ea cura angebat, ne dederentur Campanis*; vgl. zu 40, 11.

id modo] nachdrücklicher Hinweis auf den folgenden Inf. *cedere*.

in praesens] so oder *in praesens tempus* (42, 47, 8) oft bei Liv., daneben *in praesentia*, z. B. 4, 5, 15, 3.

aliquantum .. iter] statt *aliq. itineris*; Liv. gebraucht nach dem Vorgang des Sallust den Sing. *aliquantus* öfter; z. B. 38, 27, 6 *per aliquantum spatium secuti*.

8. *senserunt]* nämlich *duces Poeni*, wie der Zusammenhang ergibt.

adsecuti] ist, wie häufig (s. § 9),

absolut gesetzt; bei *coegerunt* ist die Auslassung des Objectes etwas härter.

36. 1. *agendo .. sustinendo agmen]* *agmen agere* ist 'das Heer in Bewegung setzen = marschieren', s. zu 35, 1; *sustinere agmen* heisst hier 'den Zug anhalten = Halt machen', vgl. 31, 24, 8 *sustinuit signa et considerare agmen iussit*. Hinsichtlich des modalen Abl. des Ger. s. zu 19, 14.

2. *non quidem]* *quidem* ist so gleich an die Negation angeschlossen worden, um diese hervorzuheben, während es sich sonst gern an Pronomina anschliesst, und *non illum quidem* wäre auch hier das gewöhnliche gewesen. Jenes mehrfach bei Livius.

3. *circumdati]* s. zu 34, 9.

haud difficulter] *haud* in der Litotes, namentlich vor den mit *in* privativum zusammengesetzten Ausdrücken, ist bei Liv. sehr gewöhnlich. Aber auch sonst hat sich die Anwendung des *haud* bei Liv. ausgedehnt; s. § 1 *haud multum*, 41, 6 *haud magni* u. a., wofür Cic. nur *non multum* und *non magni* sagt.

4. *iustis exercitibus]* s. zu 1, 3.

postquam .. aderant] s. zu 26, 15.

sine munimento valituros esse, circumspectare atque agitare 5
dux coepit, si quo modo posset vallum circumicere. sed erat
adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta vallo cae-
dendo nec terra caespiti faciendo aut ducendae fossae aliive 6
ulli operi apta inveniri posset, nec natura quicquam satis ar-
duum aut abscisum erat, quod hosti aditum ascensumve diffi- 6
cilem praeberet; omnia fastigio leni subvexa. ut tamen ali- 7
quam imaginem valli obicerent, clitellas inligatas oneribus velut
struentes ad altitudinem solitam circumdabant cumulo sarcin-
narum omnis generis obiecto, ubi ad moliendum clitellae de-
fuerant. Punici exercitus postquam advenere, in tumulum qui 8
dem perfacile agmen erexere; munitionis facies nova primo
eos velut miraculo quodam tenuit, cum duces undique vocife- 9
rarentur, quid starent et non ludibrium illud vix feminis pue-
risve morandis satis validum distraherent diriperentque? captum
hostem teneri latentem post sarcinas. haec contemptim duces 10
increpabant; ceterum neque transilire nec moliri onera obiecta
nec caedere stipatas clitellas ipsisque obrutas sarcinis facile

5. *si quo modo*] *si* ganz gewöhnlich = 'ob' nach einem Begriff des Versuchens und Erwägens.

asperi soli] auch hierzu gehört *adeo*.

vallo] von *vallus*, collectiv. Gewöhnlich trug der römische Soldat 3—4 *valli* mit sich, deren Zahl zur Bestrafung mitunter vermehrt wurde.

caespiti faciendo] gleichfalls collectiv, 'um Rasen zu stechen', eig. um Rasenstücke zurecht zu machen, welche zum Bau des Walles verwendet wurden.

nec . . quicquam] und nicht eine 'Stelle'; s. zu 6, 23.

fastigio leni subvexa] 'in mässig schräger Richtung allmählich aufsteigend'; wir sagen umgekehrt: 'in sanfter Abdachung sich senkend'; *subvexa* ist ein *ἀπ. εἶς*, im Latein.

7. *inligatas oneribus*] eigentlich aber sind die *onera inligata clitellis*, wie auch zu übersetzen ist.

velut struentes] absolut = 'wie wenn sie bauten'; eben so *ad moliendum* = *ad molem faciendam*.

circumdabant] nämlich *sibi*. Weil nicht ein einzelnes, sondern ein wiederholtes Factum angegeben wird, folgt auch *defuerant* statt *defuerunt*.

cumulo . . obiecto] der Abl. abs. mit Part. Perf. Pass. drückt hier, wie nicht selten bei Liv. (häufiger bei Späteren), einen die Haupthandlung begleitenden Umstand aus: 'wo- bei . . '.

8. *erexere*] reimt sich mit *advenere*, was Liv. meist zu vermeiden sucht. *agmen erigere* ist eig. 'den Zug (aus der Ebene heraus) zu etwas emporrichten', dann intr. = 'hinaufklettern'; vgl. 9, 31, 14 *in adversum elivum erigitur agmen*.

munitionis] asyndetisch; doch können wir im Deutschen das dem *quidem* entsprechende 'aber' nicht entbehren.

velut miraculo quodam] = *velut attonitos*.

9. *satis validum*] mit Dat. statt *ad*, wie auch bei dem Verbum *valere* gewöhnlich *ad* mit Ger. gesagt wird. Jenes findet sich später zuweilen bei Tacitus, z. B. Ann. 3, 10 *Tiberium spernendis rumoribus validum esse*.

10. *moliri*] 'etwas mit Mühe von der Stelle bewegen' (= § 11 *amoliri*); vgl. 22, 6 und 6, 33, 11 *moliri obices portarum*. Aehnlich § 13 = 'aufbrechen', wie 24, 46, 5 *strepitus molientium portam*.

caedere] 'aus einander' hauen.

11 erat. trudibus igitur cum amoliti obiecta onera armatis de-
 12 dissent viam pluribusque idem partibus fieret, capta iam undi-
 que castra erant. pauci a multis percussique a victoribus pas-
 13 sim caedebantur; magna pars tamen militum cum in propin-
 quas refugisset silvas, in castra P. Scipionis, quibus Ti. Fon-
 14 teius legatus praeerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in
 tumulo primo impetu hostium caesum tradunt, alii cum paucis
 in propinquam castris turrim perfugisse; hanc igni circumda-
 tam atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerant vi,
 captam, omnisque intus cum ipso imperatore occisos.

14 Anno octavo postquam in Hispaniam venerat, Cn. Scipio
 undetricensimo die post fratris mortem est interfectus. luctus
 ex morte eorum non Romae maior quam per totam Hispaniam
 15 fuit, quia apud civis partem doloris et exercitus amissi et
 16 alienata provincia et publica trahebat clades; Hispaniae ipsos
 lugebant desiderabantque duces, Gnaeum magis, quod diutius
 praefuerat iis priorque et favorem occupaverat et specimen
 iustitiae temperantiaeque Romanae primus dederat.

37 Cum deleti exercitus amissaeque Hispaniae viderentur, vir
 2 unus res perditas restituit. erat in exercitu L. Marcius Septimi
 filius, eques Romanus, impiger iuvenis animique et ingenii ali-
 3 quanto quam pro fortuna, in qua erat natus, maioris. ad sum-
 mam indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina, sub qua per

11. *trudibus*] dies seltene Wort
 hat Liv. nur hier (nach dem Vor-
 gang Vergils), eben so Tac. an einer
 Stelle: *tr.* sind Stangen zum Stossen,
 welche an der Spitze mit einem
 eisernen Haken versehen waren.

12. *perfugerunt*] durch alle Hinder-
 nisse und Gefahren hindurch (*per*),
 = 'rettete sich'; § 13 nur = 'flüch-
 tete sich'.

13. *turrim*] wahrscheinlich eine
 Warte, wie es deren in Spanien
 viele gab; s. 22, 19, 6 *multas et*
locis altis positas turris Hispania
habet.

occisos] nach einer andern Ueber-
 lieferung wurde Scipio mit den Sei-
 nen verbrannt.

14. *anno octavo*] ein Versehen
 des Schriftstellers statt *septimo*
 (eben so 38, 6).

15. *trahebant*] näml. *ad se*; s. zu
 23, 5.

16. *Hispaniae*] s. zu 3, 6.

ipsos] 'ihre Person', im Gegen-
 satz zu den in § 15 angeführten
 Verlusten, die der Staat erlitten.

specimen . . . dederat] *sp.* sonst auch
 mit *edere* und *ostendere* verbunden.

primus] nicht *prior*, weil er als
 der erste in der Reihe derer ge-
 nannt wird, welche nach ihm in
 Spanien commandiert haben.

37—39. Die Trümmer der
 römischen Heere unter Lei-
 tung des L. Marcius Septimus.

37, 1. *restituit*] dem Schriftstel-
 ler hat hier, wie an mehreren an-
 dern Stellen, ein Vers des Ennius
 vorgeschwebt, durch welchen Fa-
 bius Maximus verherrlicht wird:
unus homo nobis cunctando restituit
rem. Zum Ausdruck ist § 19 zu
 vergleichen.

2. *Septimi filius*] *Septimus* war
 das *cognomen* des Vaters; gewöhn-
 licher (aber keineswegs immer) wird
 der Vorname des Vaters im Gen.
 hinzugesetzt, z. B. 2, 1; vgl. 4, 16, 7
L. Quinctium Cincinnati filium.

fortuna] Lebensstellung, Stand;
quam pro fort. = 'als der Stand
 erwarten liess'.

tot annos omnis militiae artis edoctus fuerat. *is* et ex fuga 4
 collectis militibus et quibusdam de praesidiis deductis haud
 contemnendum exercitum fecerat iunxeratque cum Ti. Fonteio,
 P. Scipionis legato. sed tantum praestitit eques Romanus auc- 5
 toritate inter milites atque honore, ut castris citra Hiberum
 communitis, cum ducem exercitus comitiis militaribus creari
 placuisset, subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque, 6
 donec per omnis suffragium iret, ad L. Marcium cuncti sum-
 mam imperii detulerint. omne inde tempus — exiguum id 7
 fuit — muniendis castris convehendisque com meatibus con-
 sumpsit; et omnia imperia milites cum impigre tum haudqua-
 quam abiecto animo exequebantur. ceterum postquam Hasdru- 8
 balem Gisgonis venientem ad reliquias belli delendas transisse
 Hiberum et adpropinquare adlatum est, signumque pugnae pro-
 positum ab novo duce milites viderunt, recordati, quos paulo 9
 ante imperatores habuissent quibusque et ducibus et copiis
 freti prodire in pugnam soliti essent, flere omnes repente et
 offensare capita et alii manus ad caelum tendere deos incu-
 santes, alii strati humi suum quisque nominatim ducem im-
 plorare. neque sedari lamentatio poterat excitantibus centu- 10
 rionibus manipulares et ipso mulcente et increpante Marcio,
 quod in muliebris et inutiles se proiecissent fletus potius, quam
 ad tutandos semet ipsos et rem publicam secum acuerent ani-

3. *omnis . . artis*] Acc.; vgl. zu dem ganzen Ausdruck 40, 5.

4. *quibusdam*] gehört zu *praesidiis* = 'Besatzungsplätzen'.

5. *inter milites*] gehört seiner Stellung nach zu *auctoritate* und *honore*.

6. *subeuntes alii aliis*] *subire* 'an die Stelle treten, ablösen', wie 27, 2, 7 *primae legioni tertia subiit*; hier noch mit dem Zusatz *in custodiam*, das wir im Deutschen ohne Bezeichnung der Richtung mit 'in der Bewachung (u. auf d. Posten)' wiedergeben.

detulerint] der Senat missbilligte dies (s. 26, 2, 2: *rem mali exempli esse imperatores legi ab exercitibus*), vermuthlich deshalb, weil mit Uebergehung höherer Officiere senatorischen Standes, wie des Ti. Fonteius, die Wahl auf einen Centurio gefallen war; er cassierte aber den Beschluss nicht, sondern begnügte sich, das Ungesetzliche einer solchen Uebertragung der Comitien in das Lager zu constatieren.

7. *muniendis castris c. c. consumpsit*] über den modalen Abl. (er verbrachte 'auf die Weise dass', d. h. 'damit dass') vgl. zu 19, 14.

8. *Hasdrub. Gisgonis*] s. zu 35, 1. *signumque pugnae*] das Zeichen gab der Anführer durch eine rothe Fahne, welche auf dem *praetorium* aufgesteckt wurde.

9. *imperatores*] *Marcus* war kein *imperator* im eigentlichen Sinne, d. h. nicht gesetzlich mit dem Imperium betraut; hier ist das Wort nur zur Abwechslung mit *duce* und *ducibus* gebraucht.

offensare] nur hier bei Liv., 'gegenstossen' gegen die Wand zum Zeichen der Verzweiflung; wir mildern diese Auffassung und sagen: 'sich gegen die Stirn schlagen'.

10. *se proiecissent*] 'sich erniedrigt hätten', selten so übertragen gebraucht; vgl. § 7 *abiecto animo*.

potius, quam . . acuerent] so gewöhnlich bei Liv.; daneben findet sich in der 1. Dekade *potius, quam ut . .*

- 11 mos, et ne inultos imperatores suos iacere sinerent: cum subito clamor tubarumque sonus — iam enim prope vallum hostes erant — exauditur. inde verso repente in iram luctu discurrunt ad arma ac velut accensi rabie discurrunt ad portas et in hostem neglegenter atque incomposite venientem incurrunt.
- 12 extemplo improvisa res pavorem incutit Poenis, mirabundique, unde tot hostes subito exorti prope deleto exercitu forent, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator duobus Scipionibus caesis exstitisset, quis castris praeesset,
- 13 quis signum dedisset pugnae — ad haec tot tam necopinata primo omnium incerti stupentesque referunt pedem, dein valida
- 14 inpressione pulsati terga vertunt. et aut fugientium caedes foeda fuisset aut temerarius periculosusque sequentium impetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum obsistensque ad prima signa et quosdam ipse retinens concitatum repressisset aciem. inde in castra avidos adhuc caedisque et sanguinis reduxit.
- 15 Carthaginenses trepide primo ab hostium vallo acti postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati contemptim rursus et sedato gradu in castra abeunt.
- 16 Par neglegentia in castris custodiendis fuit; nam etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies deletorum succurrebat. ob hoc cum
- 17 omnia neglecta apud hostis essent, exploratis iis Marcius ad consilium prima specie temerarium magis quam audax animum

ne . . . sinerent] parallel den Worten *ad tutandos semet ipsos*.

11. *accensi rabie*] *acc.* ist in diesem metaphor. Gebrauch das gewöhnliche Compositum bei Livius. *rabies* ist die bis zu thierischer Wuth gesteigerte *ira*, wenn die Vernunft in dem Menschen ihre Macht verliert; *furor* ist schwächer, vgl. 4, 5 und 24, 26, 12 *quae (virgines) alienata mente simul luctu metuque velut captae furore se ex sacrario proripuerunt*.

12. *mirabundique unde*] *miror* mit abhäng. Fragesatz = 'verwundert fragen' (nicht selten bei Liv.); auch im Deutschen 'es soll mich wundern, wer es gethan hat' = *miror quis fecerit*.

13. *ad haec . . .*] nicht mit *incerti* (s. zu 6, 23), sondern mit dem Verbun zu verbinden: 'auf — hin', d. h. 'bei'.

tot tam necopinata] s. zu 24, 13. *omnium*] Gen. von *omnia*; s. zu 13, 14. Liv. verbindet *incertus* oft

mit dem Gen. nach dem Vorgang der Dichter; vgl. 9, 43, 3 *incerti rerum omnium suspensique*.

14. *concitatum*] 'aufgeregt, ungestüm'.

15. *trepide*] s. zu 30, 4.

substitisse] das Subj. ergiebt der Zusammenhang.

16. *reliquias eum esse*] häufiger ist die Assimilation des Pron. mit dem Prädikatsnomen, = *reliquias eas esse*. *succurrebat*] nämlich *iis*, 'es kam ihnen der Gedanke'.

17. *ob hoc*] oder *ob haec*, beides häufig bei Liv.; eben so sagt Sallust *ob id* und *ob ea* für *propterea* (Cic.) oder *ob eam rem* (Caes. und Nepos), wie überhaupt *propter* der Präp. *ob* allmählich das Feld räumt und im späteren Latein selten wird. Aehnlich gebraucht Liv. *ad hoc* für *praeterea*, z. B. 21, 54, 8, 55, 7.

consilium ut] s. zu 34, 7.

ad c. animum adiecit] 'er liess sich ein auf' = *c. inicit*; so von Liv. zuerst in der Prosa gesagt.

adecit, ut ultro castra hostium oppugnaret, facilius esse ratus 18
 unius Hasdrubalis expugnari castra quam, si se rursus tres
 exercitus ac tres duces iunxissent, sua defendi; simul aut, si 19
 successisset coeptis, erecturum se adfectas res aut, si pulsus
 esset, tamen ultro inferendo arma contemptum sui dempturum.
 ne tamen subita res et nocturnus terror et iam non suae for- 38
 tunae consilium perturbaret, adloquendos adhortandosque sibi
 milites ratus contione advocata ita disseruit: 'vel mea erga 2
 imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel praesens
 omnium nostrum, milites, fortuna fidem cuivis facere potest
 mihi hoc imperium, ut amplum iudicio vestro, ita re ipsa grave
 ac sollicitum esse. quo enim tempore, nisi metus maerorem 3
 obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut aliqua solacia
 invenire aegro animo possem, cogor vestram omnium vicem,
 quod difficillimum in luctu est, unus consulere. et ne tum 4
 quidem, ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum
 patriae conservare possim, cogitandum est, avertere animum
 ab assiduo maerore licet. praesto est enim acerba memoria, 5
 et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agi-
 tant et excitant saepe somno, neu se, neu invictos per octo 6
 annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rem
 publicam patiar inultam, et suam disciplinam suaque instituta
 sequi iubent et ut imperiis vivorum nemo oboedientior me uno 7
 fuerit, ita post mortem suam, quod in quaque re facturos illos

18. *expugnari castra*] häufiger ist bei *facile est* der active Infinitiv, doch hat Liv. (auch Cic.) vereinzelt den Acc. c. inf. darnach gesetzt, z. B. 22, 8, 5 *nec facile erat aut nuntium aut litteras mitti*. 41, 3, 7 *recipi (castra) facile esse*.

19. *successisset*] eben so 24, 38, 3 *fraudi parum succedit*, auch in persönlicher Constr. 24, 19, 6 *neque satis inceptum succedebat*.

adfectas res] 'die bedrängte Lage', § 1 noch stärker ausgedrückt.

aut, si pulsus esset] 'oder wenigstens, wenn er auch' . . .; *si* im Sinne von *etiamsi*, wie das folgende *tamen* zeigt.

38, 1. *iam non suae fortunae consilium*] 'der Plan, der bereits ihrer Lage (eigentlich) nicht mehr entsprechend wäre'. *suae* bezieht sich auf das zu *perturbaret* aus dem Folgenden zu ergänzende Object *milites*.

2. *sollicitum*] 'sorgenvoll', wie 29, 23, 1 *cum sollicitam hiemem egissent* und sonst oft.

3. *vestram . . . vicem*] adverbialer Acc. = 'an Jemandes Stelle', dann 'um Jemandes willen', z. B. 28, 19, 17 *solliciti vicem imperatoris milites*. 34, 32, 6 *remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris* u. so häufig.

4. *ubi*] temporal = *cum*, dem *tum* entsprechend; vgl. 10, 8.

6. *neu se, neu . . . milites*] abhängig von einem Begriffe des Mahnens, der bei *excitant somno* hinzuzudenken ist. *neu . . . neu* ist eine seltene Verbindung statt *ne . . . neu* oder *ne aut . . . aut*; vgl. jedoch Caes. BG 7, 14, 9, Liv. 30, 37, 4 und Cic. de off. 1, 141 *ut neve maior neve minor cura et opera suscipiatur*.

per octo annos] s. zu 36, 14.

7. *uno*] ist zur Verstärkung hinzugefügt wie bei dem Superlativ, als wenn gesagt wäre: *ut imp. v. ego unus omnium oboedientissimus fuerim*.

illos] der Deutlichkeit wegen statt *se* gesetzt; zum mindesten hätte man *ipso* erwartet.

8 fuisse maxime censeam, id optimum ducere. vos quoque ve-
 lim, milites, non lamentis lacrimisque tamquam extinctos pro-
 sequi — vivunt vigentque fama rerum gestarum —, sed quo-
 tienscumque occurret memoria illorum, velut si adhortantis
 9 signumque dantis videatis eos, ita proelia inire. nec alia pro-
 fecto species hesterno die oblata oculis animisque vestris me-
 morabile illud edidit proelium, quo documentum dedistis ho-
 10 stibus non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum,
 et cuius populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade,
 11 ex omni profecto saevitia fortunae emersuram esse. nunc,
 quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quantum
 audeatis duce vestro auctore. non enim hesterno die, cum
 signum receptui dedi sequentibus effuse vobis turbatum hostem,
 frangere audaciam vestram, sed differre in maiorem gloriam
 12 atque opportunitatem volui, ut postmodo praeparati incautos,
 armati inermes atque etiam sopitos per occasionem adgredi
 possetis. nec huius occasionis spem, milites, forte temere, sed
 13 ex re ipsa conceptam habeo. a vobis quoque profecto si quis
 quaerat, quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castra
 tutati sitis, nihil aliud respondeatis, quam id ipsum timentis
 vos omnia et operibus firmata habuisse *et ipsos paratos in-*
 14 *structosque fuisse.* et ita se res habet: ad id, quod ne timeatur
 fortuna facit, minime tuti sunt homines, quia quod ne-

8. *lamentis lacrimisque*] Alliteration, wie *vivunt vigentque*, § 10 *vis atque virtus*; vgl. 22, 49, 8 *lacrimarum satis luctusque est*. S. zu 4, 10.

quotienscumque occurret] sagt Marcius, indem ihm sein augenblicklicher Plan vorschwebt; für die Uebersetzung ist etwa *vobis pugnaturis* zu ergänzen.

9. *nec . . alia species . . oblata*] 'und kein anderer Umstand, als dass ihre Erscheinung euch vorschwebte', hat das Gefeht hervorgebracht, 'möglich gemacht' (eigentlich aber ist *edidit = commisit*).

10. *vis atque virtus*] s. zu 23, 1. *emersuram*] verbindet Liv. immer mit *ex* (nur 22, 3, 1 steht *de paludibus emersit*), andere Historiker auch mit dem blossen Abl.

11. *sequentibus effuse*] sonst pflegt *effuse* vor dem Verbum zu stehen, wie 39, 15; vgl. 41, 2 *effusis equis*, wo von den Pferden selbst gesagt ist, was nur von ihrem Lauf gilt: 'im vollen Lauf zu Pferde' = 'mit verhängten Zügeln'.

12. *postmodo*] in den beiden ersten Büchern wendet Liv. daneben die Form *postmodum* an.

forte temere] zweigliedriges Asyndeton; die Zusammenstellung der sinnverwandten Wörter hebt den Begriff hervor, so 21, 63, 9 *clam furtim*. 28, 39, 9 *ex insperato repente*, besonders oft *forte temere*; ähnliche Ausdrücke sind *luce palam*, *clam nocte*, *forte casu* u. a.

13. *a vobis quoque profecto*] die Worte *quoque profecto* haben sich an den betonten Begriff angeschlossen, dieser aber müsste eigentlich Nom. sein: *vos quoque profecto, si quis a vobis . .*, und auch in dieser Stellung gehört das verstärkende *prof.* nicht zu *vos*, sondern zu *nihil aliud respondeatis*.

et operibus] s. zu 5, 3.

firmata habuisse] eben so § 14; vgl. zu 28, 5.

14. *ad id*] vgl. § 17 und zu 37, 13. *quia . . (id) incautum atque apertum habeas*] weil 'man' . . hat, d. h. weil es 'unbewacht und ungedeckt'

glexeris, incautum atque apertum habeas. nihil omnium nunc 15
 minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque op-
 pugnati castra sua ultro oppugnemus. audeamus, quod credi
 non potest ausuros nos. eo ipso, quod difficillimum videtur,
 facilius erit. tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos. 16
 exploratum habeo non vigiliarum ordinem, non stationes iustas
 esse. clamor in portis auditus et primus impetus castra ce- 17
 perit. tum inter torpidos somno paventisque ad necopinatum
 tumultum et inermis in cubilibus suis oppressos illa caedes
 edatur, a qua vos hesterno die revocatos aegre ferebatis. scio 18
 audax videri consilium; sed in rebus asperis et tenui spe for-
 tissima quaeque consilia tutissima sunt, quia si in occasionis
 momento, cuius praetervolat opportunitas, cunctatus paulum
 fueris, nequiquam mox omissam quaeras. unus exercitus in 19
 propinquo est, duo haud procul absunt: nunc adgredientibus
 spes aliqua est, et iam temptastis vestras atque illorum vires;
 si diem proferimus et hesternae eruptionis fama contemni de- 20
 sierimus, periculum est, ne omnes duces, omnes copiae con-
 veniant. tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus ho-
 stium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? ut 21
 dividendo copias perire duces nostri, ita separatim ac divisi
 opprimi possunt hostes. alia belli gerendi via nulla est. pro-
 inde nihil praeter noctis proximae opportunitatem expectemus.
 ite deis bene iuvantibus, corpora curate, ut integri vigentesque 22

ist. *incautus* im passivem Sinne ist dichterisch.

15. *obsessi . . oppugnati*] verschieden von einander; s. 24, 34, 16 *assistere oppugnatione atque obsidendo tantum arcere commeatibus hostem placuit*; vgl. zu 11, 10.

16. *vigilia noctis*] s. zu 9, 1.

iustas] s. zu 1, 3.

17. *torpidos somno*] 'schlaftrunken', eig. betäubt und besinnungslos in Folge des Schlafes; im wachen Zustand geht der Betäubung und Erstarrung gewöhnlich *stupor* voraus, z. B. 9, 2, 10 *stupor animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet*.

inermis] gehört als nähere Bestimmung zu *oppressos*.

revocatos] nämlich *esse*; s. zu 15, 20.

18. *nequiquam mox . .*] ganz ähnlich heisst es 31, 15, 4 *nequiquam postea, si cessassent, praetermissam occasionem quaesituros*.

20. *si diem proferimus*] 'wenn wir

einen Tag verstreichen lassen' (eig. 'den Termin verschieben'), so wird die Kunde von dem gestrigen Ausfall zu den zwei noch entfernten Heeren gelangen und die Heranziehung derselben verursachen; dann ist es zu spät.

desierimus] Fut., weil dies sicher zu erwarten steht; auch *periculum est ne* schliesst den Begriff der Zukunft in sich.

Cn. Scipio] weil dieser zuletzt gefallen ist und, was auch jetzt zu erwarten stand, von allen drei Heeren der Punier angegriffen worden war. Ausserdem vgl. 36, 16.

22. *ite . . curate*] asyndetisch, wie gewöhnlich, wenn einem Imperativ ein aufforderndes *i* oder *ite* vorgeht; z. B. 1, 26, 11 *i, lictor, conliga manus*. Eben da *i, caput obnube, suspende, verbera*. 22, 3, 13 *abi, muntia* u. a. m.

deis bene iuvantibus] stehende Formel, in der zuweilen das alterthümliche *divis* erscheint; vgl. 29,

eodem animo in castra hostium inrumpatis, quo vestra tutati estis?

23 Laeti et audire ab novo duce novum consilium, et quo
audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis
et curatione corporum consumptum, et maior pars noctis quieti
39 data est. quarta vigilia movere. erant ultra proxuma castra
sex milium intervallo distantes aliae copiae Poenorum. valles
cava intererat, condensa arboribus. in huius silvae medio ferme
2 spatio cohors Romana arte Punica abditur et equites. ita me-
dio itinere intercepto ceterae copiae silenti agmine ad proximo-
s hostis ductae et cum statio nulla pro portis neque in
vallo custodiae essent, velut in sua castra nullo usquam ob-
3 sistente penetravere. inde signa canunt et tollitur clamor.
pars semisomnos hostis caedunt, pars ignes casis stramento
arido tectis iniciunt, pars portas occupant, ut fugam interclu-
4 dant. hostes simul ignis, clamor, caedes velut alienatos sensi-
5 bus nec audire nec providere quicquam sinunt. incidunt iner-
mes inter catervas armatorum. alii ruunt ad portas, alii ob-
6 saeptis itineribus super vallum saliant. et ut quisque evaserat,
protinus ad castra altera fugiunt, ubi ab cohorte et equitibus
ex occulto procurrentibus circumventi caesique ad unum omnes
7 sunt; quamquam etiamsi quis ex ea caede effugisset, adeo
raptim a captis propioribus castris in altera transcursum castra
8 ab Romanis est, ut praevenire nuntius cladis non posset. ibi
vero, quo longius ab hoste aberant, et quia sub lucem pabu-

27, 2 *dici divaeque, vos omnia bene iuvetis.*

23. *laeti*] s. zu 30, 4.

magis] statt *eo magis*, wie [eo vor dem Comparativ oft ausgelassen wird, z. B. 2, 35, 6 *venientem Volsci benignius in diem colebant, quo maior ira eminebat*; vgl. 39, 8.

expediendis armis] s. zu 19, 14.

movere] s. zu 9, 7.

